

K 7

AN DER UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT
SALZBURG

1704.

1. Beccmannus, Ioh. Christphi: *De iustitia armorum
Cebennensium.*
2. Bergen, Ioh. Georges, a: *De usi elasticis corporum
solidorum et fluidorum.*
3. Coccejus, Henricus: *De iure paenitentiia contractibus,
et, quae inde iure gentium dantur, conditionibus.*
4. Herold, Ioh. Barthol: *De fato matrimoniis* Ed. 1711.
5. Jakobus, Lovaris: *De morib. libellis. N. T.*
- 6^a = Rhodius, Michael: *De scapulismo.* 2 Sept. 1704 - 1705
7. Shelly-Synclisti, Joannes: *De poena mendaciae.*

1705

1. Coccejus, Henricus: *De sacro sancto Galionis iure.*
2. Coccejus, Henricus: *De eo, quod iustum est circa numerum
item suffragiorum: ab iste Calculo Minervae*

1705

3¹²³⁴⁵⁶ Coccois, Horus: Te co, quod justum est in dubio;
nisi de genuina prece iuris.

4. Rhodes, Michael : Reatore non probante.

187
Lange, Hans : Vier geistliche und vier
alte legendäre präzijane.

188. Richter, Michael : Viertheim präzijane

1704, 1 N

J. N. D. E. D. N. I. C.
DISSE^RTATI^O ~~N~~
^{DE}
**JUSTITIA ARMORUM
CEBENNENSIVM,**
QUAM
IN ALMA VIADRINA
*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO,*
DOMINO
CAROLO FRIDERICO,
DUCE WURTEMBERGIE, TECCIÆ,
ET IN SILESIA OELSNÆ, COMITE MONTISBELGAR-
DI, DYNASTA HEIDENHEMI, STERNBER-
GÆ ET MEDZIBORÆ
ETC. ETC.

q. 64.

P R A E S I D E
JOH. CHRISTOPH. BECMANO,
SS. THEOL. D. ET P. P. O. UNIVERS. ET FACUL-
TATIS SUÆ SENIORE
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMISIT
ERNESTUS MARTINUS PLARRE,
BEROLINENSIS.
A. ET R.

AD D. IX. JULII M DCC IV. Hora IX. Matutina.

FRANCOF. ad VIADRUM, Typis TOBIÆ SCHWARTZII,

DIGESTA
GERMANIAE
MURM

IN ALIANA DRA
RECLOC MULIERIS CAVITATIS
SACRUM TITULUS
DOMINO
CAROLO HIBERNIO
DUCATEMUS THERERICI LEGGE
DUCATEMUS OLEUM, COMITE MONTESELEGVR
TATIUS A HEDENHEIM STEPHER
CETI MUNDORAE

PRAECLAS
JOH CHRISJORH BECMANO
THEOD DLT P.F.O. UNIVERSIT ET FACULT
TATIS SUE SEMIORI
PRAECLAS THERERICI LEGGE
HERNSTAD MATHIAS PEARRE
PRAECLAS
A TE R
AD ALIUM IN POCUM
MUNICIPALIA MUNDORAE TATIS TOT

12

SERENISSIMO
ET
POTENTISSIMO
PRUSSORUM REGI
FRIDERICO,
MARKGRAVIO
BRANDENBURGEN-
SI, S. R. I. ARCHI-CAMERA-
RIO ET ELECTORI, SUPREMO
PRINCIPI ARAUSIONUM, MAGDEBURGI, CLI-
VIÆ, JULIÆ, MONTIUM, SEDINI, POMERANIAE,
CASSUBORUM ET VANDALORUM, ATQUE IN
SILESIA CROSNÆ DUCI, BURGGRAVIO NO-
RIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MIN-
DÆ ET CAMINI, COMITI HOHENZOLLERANO,
RUPPINI, MARCÆ, RAVENSBERGÆ, HOHEN-
STEINII, LINGÆ, MOERSÆ, BUHRÆ, ET LEHR-
DAMII, MARCHIONI VEHRENSI, ET VLISSIN-
GANO, DOMINO RAVENSTEINII, LAVEN-
BURGI, BUTOVIÆ, ARLÆ ET
BREDÆ ETC. ETC.
REGI
AC
DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.



SERENISSIME REX
POTENTISSIMO
PRUSSORUM REGI
FRIEDE RIOO
MARKGRAVIO
GRANDENBURGER
S.R.I. ARCHI-CAMER-
IO ET HERCITORI, SUPREMO
PRINCIPI VRAUSIONUM, MAGDEBURGI, CIT-
ATI TUTTE, MONTION, SEDENT, GOMBERG
CASSUBORUM ET AVALBORUM, ATOUE IN
SILESIA CROZNE DUC, BURGESSAVO NO-
KEMBERGENS, PRINCIPI HABERNIENSIALE M
Nter communes popu-
lorum plausus, effusaque o-
mnium, quotquot Borussico subja-
cent Sceptro, gaudia, quibus illi TE,
REGEM AUGUSTUM, Principem

Optimum, Patrem Indulgentissimum, hâc ipsâ die,
inter exultationes non minores, cœlitus demissum sibi
gratulantur: ego quoque inter viliores, nemini tamen
pietate, vel obsequi exuperantia secundus, ad Tuum,

FRI-

72

FRIDERICE, Solium, latus juxta ac venerabundus
devolvor. Venerationem indit Summæ illius Maje-
statis splendor, quem non minori cum formidine,
ac fulgentissimos Solis radios unusquisque intuetur.
Lætitiam incendit festa præsentis diei solennitas: illa
me reum temeritatis, hæc à crimine immunem fa-
cit: Illa Spiritus deprimit, hæc depresso tollit: Illa
silere, hæc loqui jubet: Vincit tamen utraque, at-
que efficit, ut prælens Academicæ industriae Speci-
men, Tua, REX SACRATISSIME, Numini,
devotissimè consecrem. Nondum annus labitur, ex
quo fervens intra viscera religio memet ipsum im-
pellebat, ut S. T. MAJESTATI, de insigne illo atque
prorsus admirabili Monumento, gloriofissimis Glo-
riosissimi PARENTIS manibus dedicato, mutuatis et-
iam per meam imbecillitatem verbis humillimè ap-
plauderem, meamque Pietatem, proprio destitu-
tus argumento, vel tanquam alieni Interpres,
exponerem. Nunc ubi proprias vires fui expertus,
fœtum inde natum Tua, REX SERENISSIME, MA-
JESTAS, Sibi Sola vendicat, quippe cuius Servitiis,
quicquid in me est ingenii, quin ipsam vitam, unicè
ab ineunte statim pueritia destinavi, consecravi. Cu-
jus rei præsens qualecunque documentum dum offero,
de Tua, REX, CLEMENTIA desperare non possum.
Cum enim Divini Numinis in his terris agas Vicari-
um, non potes non Ejus exemplum vel in eo quo-
que sequi, quod ministratum etiam & abjectissima-

zum andicorell

rum.



rum Creaturarum solerter gerat curam, iisdemque
de victu ac vita remediis, singulari summae Bonitatis
argumento, prospiciat. Ecquid ergo impedit, quo-
minus & ego, et si obscurior & humi repens omnem
tamen spem in Tua, FRIDERICE, Benignitate repo-
nam, cui declaranda nunquam non vires TIBI deesse
possunt. Abhorret à sermonis prolixitate religio ve-
ra, hinc in votum ingenuum se mea contrahit ora-
tio: Vive, AUGUSTE, Amor Orbis, CONJUGIS
Delicium, FILII Exemplar, DOMUS AUGUSTÆ
Fulcrum, TUORUM omnium Robur & Solamen,
Spes unica

SERENISSIME ET POTENTISSIME REX
REGLÆ MAJESTATIS TUÆ

Devotissimi Subditi
ERNESTI MARTINI PLAREN,
Berolinensis

CAPUT I. VARIA AD HISTORIAM GEO- GRAPHICAM & CIVILEM CEBENNENSIMUM PERTINENTIA.

Summaria

- I. Distributio totius Dissertationis.
- II. Varia Cebennas scribendi ratio,
Origo vocis: *Uſus pluralis Numeri: Significatio multiplex.*
- III. Descriptio Cebenne Montis: Cur à Strabone Dorſum montofum dictus? Tarara Mons, Sella Veritatis, Lefura Mons, Spario, Margarida. Fones Triobris Fl. Acutalus Mons: Fluvii Tarnis, Elaver, Arauris, Gardo: Pontis Gardonis admirabilis ſtru-tura, Vitturlus Fl. Bonitas Soli. Quid de Fluviosis auriferis, ſapphi-ris, hyacinthis iſthic reperiſtiendum?
- IV. Cebennarum Nomen etiam Tra-ctui circumiacenti datum: Diœcēsis Aletana, Ucetiensis, Urbs Usez, Marchionatus Portensis, Urbs Villefort, Pont. S. Esprit Roquemaure: Diœcēsis Ne-mausensis, Urbs Nimes, Edi-ctum Nemaufense, Urbs Sauve aliæ minores, Beaucaire: ſolen-nes munere ibi celebriſi ſolite.
- S. Gilles indeq; nominatus Prio-ratus Ordinis Johannitici. Sella lapidea priscorum Drui-dum. Diœcēsis Montispes-fulanæ varie partes: Lunel-lum patria R. Salom. Jarchi; Rana ibidem alibi mute: Urbs Mompelier. Paradisus Mu-hammedis, aliaque ejus specialia: Magellona.
- V. Amplior Extensio Cebennici Tractus. Districtus Gabalen-fis: Vetus urbs Anderitum; Vicus Mimatenſis aliare oppi-da. Regio Vivariensis Su-pe-rior & inferior: Urbes Anno-nay, Tournon, Privas &c. Velaunus Fagus, Puy en Ve-lay, Velaunia Citerior & Ul-terior.
- VI. Cebennensium Incolarum Mores, Robur Corporis, Laboris pa-tientia, Virtus & amicitus sim-plicitas, Virtus Bellica; Vivariensis singularis pro-mittudo ad militiam.

A

VII. De

VII. De Camisardorum nominae : Probrosa nomina antecessoribus ipsorum data, Rotariorum, Beguinorum, Cotellorum, Sacculariorum, Chaniardorum, Bulgaro-

rum s. Bougues, Hugonotorum, Papilionum, Tisseranorum: Pisciculorum Nomen Veteribus Christianis tributum: Evolutio vocis *χθύς*.



I. GEBENNARUM causam dum examinandam suscipimus, commodius nos haut facturos esse existimavimus, quam si tribus Capitibus numero verborum tituli respondentibus primo CEBENNENSES ipsos, deinde eorum ARMA, ac denique ARMORUM JUSTITIAM distinctim videremus.

IL

Sevennenses seu CEBENNAS ipsos eorumque Statum, cum antiquum, tum recentem & eum, quo nunc sunt, initio spectaturi, praemittimus, vocem varie quidem scribi, literis tamē unius organi, unde nec lectorum singulariter morari possunt. Legimus enim non unō locō CEMMENUM Montem, alibi GEBENNAM, GEBENNAS, GEBENNICO^s Montes, ab aliis rursum CEBENNAS dici, e quibus postremam scriptiōnem cum Joseph. Scaliger. Norit. Gall. in Opuscul. f. 10. reliquis anteferimus, eo quod Straboni Geogr. Lib. IV. & Ptolomi. lib. II. c. IX. aliquis scriptoribus Gracis KEMENON op̄ dicatur. Gracorum autem apud Romanos C. non G. efficere nemo est, qui ignoret. Accedit hodierna scripturæ Gallicæ consensus, sententiam nostram non leviter adfriens, qua & Mons & circumdata Regio les CEVENNES, vel mitigato tantisper sono SEVENNES communiter exprimi adsolet. v. Ortet. Synop. Geogr. f. 88. b. Unde & CEBENNARUM nomine, tanquam utriusque idiomatis genio accommodatissimo non immerito è recentioribus usus fuit Gramondus Hist. Gall. lib. VI. f. 329. De origine nominis parum aut nihil constat; Cestius quidem Epit. Geogr. Synopt. c. VI. f. 28. CEMMENUM Montem dictum ait.

a CEM-

3

CEMMENA, urbe Diocesos Aletanæ *Alair*, qua corruptè SUMENA Sumene hodie vocetur, qua in re & præuentem habuit Carol. Stephan. Diction. Geogr. V. CEMMENUS, sed fortassis etiam dici possit Urbi nomen à montibus datum, ipsaque non eò minus origo vocis, seu urbem CEMMENAM, seu Montem CEMMENUM dixeris, in incerto manet. Videamus præterea hoc Nomen à plerisque scriptoribus plurali numero efferti, more apud alios quoque Montes recepto; sic enim & *Alpes* & *Pyrenæi* Montes & in America *Andes* appellari amant, probabilius quod unum idemque jugum in plurima se diffundat, totidemque veluti in montes afflurgat, ac proinde qui vere unus Mons est, plures esse Montes videantur. Denique & tangentium, exemplo aliarum Regionum & Urbium hoc nomine & Tractum ipsum & Incolas significari, quo etiam nos posthac promiscue utemur. Apud veteres tamen præcipue Montis nomen fuit. Ita Lucanus:

qua montibus ardua summis

Gens habitat canâ pendentes rupe CEBENNAS. Lib. I. Bell. Civ. v. 435.
Add. Plin. lib. III. c. 4. Jul. Cæs. lib. VII. B. G. c. VIII. Conf. Merul. Co-
mogr. P. II. L. III. c. 4. Quo proinde sensu etiam primum de
CEBENNA agemus, posse Tractus quoque eodem nomine
appellatos vifuri.

III.

CEBENNA seu CEMMENUS Mons, indicante *Bauaræ*
do Geogr. P. I. f. 254. a initium versus Ligeris fontes sumens in
30. circiter leucarum longitudinem Ruthenos inter Gabalos,
Helvios atque Velaunos, sive, hodierno loquendi more *Rou-
erque*, *Gevaudan*, *Vivarais* & *Vellay* ad Ruthenensis provinciæ
superioris *haut-Roverque* & *Septimanias* *bas-Languedoc* confinia
Lutevam *Lodere* usque protenditur, Galliamque Narbonensem
olim ab Aquitania separavit. Strabo elegantissime *fræxw opé-
ny* h. dorsum montosum nuncupat, quasi multis vertebris ru-
ptum Geogr. lib. III. f. 88. ob varias partes, non procul à se dis-
fitas, sed rivulorum agros opportunè rigantium angusta in-
terluvie distinctas. E quibus prima est *TARARA Mons*,
Lugdunum euntibus superanda, notante *Budeo de Aſſe* lib. IV.



f. 83. a. & ex eo Merula Cosmogr. P. II. lib. III. c. IV. f. 297. In cuius vertice sedes visitur petræ incisa, cui mercatores impo-
nunt eos, qui mercatum Lugdunensem nunquam frequen-
tavit, vulgo *la Chaire de la verité dicta*, quia veritatem, Lugdu-
nine fuerint nec ne, inibi juratō tenentur profiteri, de quo
ritu prater *Merulam d. l. legendus Bleauius Atlant. Tom. I. ad Tab.*
Gall. f. 5. b. LESERA seu LESURA vulgo *Lozere* 6. leucis ab
Anderio in occasum hybernum, 8. ab Uetia in ortum astivum
distans ap. *Baudr. v.* LESERA pars CEBENNARUM editissima est,
Caucasumque Scybarum vincenti, canente *Sidonio Carm. XXIV.* Inde
SPARIO *Eesperiorum* in limitibus Gabalorum positus, ad cujus pedes
situm est *Marengium Marveche*. MARGARIDA vulgo *la Mariade*
seu *Margueride* itidem in Gabalis, in quā *Triobris fl. Trucire* in Old-
am *le Lot* ad *Interaquas Erragues* sese exonerantis fontes. Utriusque & montis & fluvii meminit *Sidonius cit. Carm. XXIV.*

Emensisque *jugum* die sub uno
Flavum crastinus adjicis TRIOBRIM

Tum terram *Gabalum* satis nivosam.

Denique ACUTALUS *l'Aiguel* non procul inde remotus, Eravique
fl. fonte nobilis. Ex horum radicibus amnes & rivi manant
non exiguo numero, qui crebrâ pluviarum accessione aucti
in *Mediterraneum Mare*, ex parte etiam in Oceanum aliis
mixti fluminibus prorumpunt. In hunc exoneratur TARNIS
de Tarn & Elaver l'Allier utrique ex Lefura monte scaturien-
tes. Ille Ausonio *Aurifer* dictus in *Mosell. v. 465.*

Limosum & solido sapore pressum,
Piscem perspicua gerens in unda.

Sidonio *l. sepe cit.* tanto strepitu & fragore inter confragosa,
rupium & faxorum loca cursum dirigit, ut torrentis instar
vicinis terrorem & offenditionem pariat: Tandem latior &
lenior per Ruthenos ad Milialdum *Milbau* ultimam ejus re-
gionis urbem se demittit, acceptoque prius ad Albanum,
montem *Montauban* exiguo amne *Tescuno*, postea Agoto *Agout*
ac *AVARIONE Aveiro*, cadit in Garumnam, *Garonne. v. Gobiz*
Itiner. Gallo Belg. f. 600. Alter autem *Cafari* non immerito cele-
bratus *lib. VII. B. G. c. 34.* utpote *Ligeri Loire* æmulus neque
magnitudine cedens & magis pisculentus. cf. *Marliav. Descript.*

Vet.

vett. Gall. loc. f. 13. ARAURIS l'Enault APATPIOΣ Ptolomæo, Rhau-
raris Straboni, Arauraris Pomp. Melæ, ERAVUS recentioribus di-
ctus, in Gabalorum finibus oritur, Montanacumque Montignac
alluens, per Florentiacum Florenſac & Agatham Agde currit
in mare, recepta præ ceteris Larga fl. la Lergue, quæ Lutetiam
Lodeve attingens, ad Cannetum Cante Araurim auget. Vib.
Sequeſter libr. de Fluminib. meminet Cyrtæ Massiliensium fluvii
ad Agatham in Mare effluentis, qui procul dubio Arauris;
Massilienses enim cum urbem conderent, eum à flexuosis re-
curſibus Kuprov f. incurvum dixisse videntur. GARD O
le Gardon, quem Sidonius Wardonem vocat lib. II. Ep. X. in Rhô-
danum decurrit, ponte inprimit(Nemaūsum inter & Ucetiam)
triplici arcuum serie, stupenda industria, sine ullo cemen-
ti, quoad lapidum commissuram, indicio, fornicate, gall. Pont du
Gard, summe memorabilis, de cuius structura v. Cest. Geogr.
Synopsis cap. VI. f. 33. f. Golniz. f. 546. De reliquis præter nomen
vix est, quod dici mereatur; VITTURLO sc. la Vidourle suas
duntaxat uadas, ARDECA l' Ardeche itidem cum Rhodano
confusas, in Mediterraneum aequor deventibus. Ferunt præ-
terea aquas minerales, balnea, ac fontes bituminosos ibidem
magnō numero conspicī: Verdier Voyage de la France f. 227. so-
lumque non ovibus tantum plus centum millibus per integros
sex menses, capris item aliisque animantibus pastum large &
copiose præbere, sed olei etiam ac vini feracissimum esse. Fru-
menti quidem parcior prouentus est, sed qui insigni casta-
nearum ubertate atque affluentia pensatur. Anonym. Descr.
Hisp. Gall. & Ital. P. II. f. 298. Haec farris vice pani confiendō
ānervientes, alendis passim hominibus abunde sufficiant, re-
fiduas Septimaniae bas Languedoc incolis vel coementibus, vel
cum frumento commutantibus, ut proinde nec pastus peco-
ribus, nec hominibus viētus & sustentandæ vita remedia de-
esse videantur. Metallis etiam ac mineralibus non carere ē
veteribus Strabo Geogr. L. III. f. 101, ē recentioribus Hadr. Valesius
Notit. Gall. aliquique non uno loco produnt, quod illis relin-
quendum, qui proprius habitant. Tarnim utique, Gardonem,
& Eravum ipsum aurum vehere prædicant, sed fortassis haud

majori cum utilitate, quam apud alios alias regionum fluvios, qui itidem hoc naturæ beneficio gaudent, sed nullo operæ impensa respondente fructu, quod non ignotis experimentis *Sale* fl. ante paucos annos constitut; nec difficilis adeo labor esset minuscula ejusmodi ramenta auri in *Viaduo* nostro quoque subinde colligendi, verum successu non meliori. Sapphiros denique & hyacinthos alicubi in CEBENNIS deprehendi ajunt, qui tamen vix alii videbuntur esse, quam Cristalli montanæ, coloribus ejusmodi imbutæ, sicut eadem in Silesia atque Misnia montanæ Amethystos quoque imitari solent.

IV.

Ab hisce Iugis Montium verò adjacenti Tractui idem nomen datum, & quidem vel arctioribus limitibus circumscripto, vel subinde etiam latius patenti. Priori sensu in novellis historiis pasim obviò CEBENNIS *les Sevennes* vocant illum tractum, qui à Rhodani ripâ LUTEVAM usque *Lodeve* (locum antiquitate sua quam magnitudine celebriorem) porrectus, præter *Vivariensis* Provinciæ partes inferiores quinque Diœceses complectitur: MIMATENSEM, le Diocèse de Mende ALETANAM d'Alaix, VCETIENSEM d'Uzes, NEMAVENSEM de Nîmes, eique finitimam MONTISPESSLANAM de Montpellier, quarum primæ, Cebennas superiores, *les hautes Sevennes*, posteriores binæ inferiores constituant *les basses Sevennes*. v. Moreri Diction. Historiq. P. I. Tom. 2. fol. 103. a. De *Vivariensis* Provincie partibus ac Mimatenſi Diœcesi §. sq. commodius dicetur, de reliquis autem hic justus agendi locus est.

ALETANE caput ALESIA est Alais, ad ipsas Cebennarum, radices sita, & Comitatūs titulo insignis. ANDUSA Andusa ad Gardonem, olim probe munita, sed nunc disjectis mœnibus. Cætera sunt FANVM S. HILARII S. Hilaire. PETRI SALENSIS S. Pierre de la Sale, JULIANI S. Julien, LAURENTII S. Laurens, HIPPOLYTI S. Hippolite, & S. JOANNIS S. Jean de Gardonnenque.

EX VCETIENSI Diœcesi nominanda primo loco UCETIA, Uzes, urbs Episcopalis sub Archi-Episcopo Narbonensi, & Ducatus titulo anno 1572. à Carolo IX. donata.

ta. v. *François Ranchin Descript. de l'Europe Tom. II. f. 36^o, 37^o*. Incolas habet perassiduos, lanificio pannisq; quos *Sanges, Cadis & Burattes* fines vocant, non ignotos, unde insignis ibi commerciorum vigor, civiumque opulentia. Regiuncula eo pertinens *l'Usige* dicitur, cognitaque hoc nomine jam *Lorbarii* ætate, uti appareat ex *Divisione Imperii ab eo facta A. 870.* Inter Episcopos ejus *For- seoulum* commemorat *Greg. Turon. lib. VI. c. VII.* Inde est *Mar- chionatus PORTENSIS, Portes*, castrum in ipso *Cebennarum ap- ce* situm monumentisque firmissimis instructum. **VILLA** *FORTIS* *Villefort*, urbs exigua quidem, sed *Cebennarum* totiusque Occitanie clavis; **BALNEOLIS**, *Bagnols*, loco ameno & fontium svaviter scaturientium pleno, sita, unde & no- men videtur accepisse. Cui & soli fertilitate & situ nequicquam cedit **FANUM S. SPIRITUS**, *Strabonis Planitia*, distans inde duabus leuis, validaque arce munitum, ubi Rhodanus aquas incredibili velocitate volvens, ponti junctus est a Romanis olim structo, qui transitus dat in *Delphinatum & Provin- ciam*, interque primos Europæ habetur, seu, ut *Galizius* lo- quitur, qui omnibus pontibus, non Rhodano solum, sed o- mnibus Europæ fluminibus impositis, palmam facere potest ambiguam. *Ibid. f. 40^o.* Structuram ejus vide apud *eund.* & *Joh. Anton. Magin. Geogr. P. II. c. V. f. 66^o.* **RUPESMAURA** Ro- quemaure castrum, rupi Rhodano imminentem impositum, origi- ne nominis procul dubio a *Mauris* derivata, quibus, utramque Rhodani ripam, *Caroli Martelli* ætate, crebra incursione vexanti- bus, castellum hocce oppositum est. A Pontificiis vero alias in honore aliquo habitum, ob obitum *Clementis V. P. M.*, qui anno 1314. hic animam efflavit.

NEMAVSENSIS Agri, uti eum *Plinius* vocat *lib. IX. c. VIII.* caput est **NEMAVSUS**, *Nimes*, Urbs Amphitheatro, cavernis, gradibus subterraneis, aliisque Romanorum monumentis, quippe quorum colonia fuit, celebris, quamq; ea de causa non abs re *Antiquitatis Romanae compendium* dixit Aut. des *Délices de la France* P. IV. c. I. f. 487. quæ etiam nuper elapsi Seculi anno XXIX. innotuit Edicto à Ludovico XIII. R. G. in favorem Evangelico- rum Galliarum condito, & à loco *Edicti Nemavesensis* nomine appella- to.

to. Ceteræ Urbes hujus Diœcœsos præcipuæ sunt SALVIA,
Sauve, ad Vitturlum, Vicariatu perpetuo Viguerie perperuelle à
Ludovico IX. A. 1236. institutô, & Aboatia Ordinis Benedictinorum
anno 1020, fundatâ, nota, quo etiam pertinet Quissacum
Quissac. Nec procul inde absunt SUMERIUM, Sommieres,
MILLIALDUM, Millau, & BELLOQUADRA s. Belloquadrum ap. Thuan. L. XCVII. Beaucaire, nomen adeptæ à for-
ma quadrata, q. d. pulchrum locum quadratum. Non igno-
tæ sunt Nundina Magdalenea quotannis d. 22. Julii hic celebrari
solitæ, qua etiam die reliquæ ejus nonnullæ solenniter cir-
cumgestantur v. Goinitz f. 544. quas tamen præterito Anno
M. DCCIII. ob turbas bellicas intermitte oportuit, referente
Merc. Histor. T. XXXIV. f. 421. Tribus circiter à mari lapidibus
distat FANUM seu BURGUS S. AGIDII à S. Agidio, qui Sec. VI.
ibi moratus fuit, ita nominatus gall. S. Gilles, ad Equestrem
Ordinem Johanniticum pertinens, singularique ejus Prioratu
sub Lingva, uti vocant, Provenzula, gaudens. Frequentari ab
ultimis usque terris, variis gentibus ac insularibus, quippe in ipsa Rho-
dani ripâ situm adeoque commerciis percommodum scribit jam suo
tempore Benjam. Tudensis Itiner. f. 7. 8. In vicina sylva Sellam
lapideam adhuc videri, quæ veterum Druidum fuerit, notat Ver-
dier Voyag. de France f. 248.

Deniq; MONTISPESULANAM etiam Diœcesin Cebenna com-
prehendunt, IX. Archipresbyteribus constantem, quorum
Imus BRISSACENSIS, ubi ENGIUM, Ganges, BRISSACUM, Bri-
fac; & FANUM S. BASILII, S. Baufile, II. VIOLENSIS, ubi VIOLA Viols,
ANIANA, Agnane oppidum cum Abbatia & Monasterio cognomi-
ne. III. FABRICENSIS, ubi FABRICA, Fabregues ad Caulazon-
em amnem, atque PINIANUM Pignan. IV. FRONTINIACEN-
SIS, cuius caput FRONTINIACUM Frontignan ad stagnum Latta-
ram, vino, quod fert, generoso clarum, quodq; Forum Domitii esse,
de quo Antonin. in Itinerar., nonnulli existimant V. TREVIE-
NIS Trevies. VI. ASSATIENSIS Assas. VII. RESTINCLEREN-
SIS Restinclières. VIII. BALIARGENSIS, ubi præter BALI-
ARGAS Baillargues, LVNATA seu LUNELLUM Lunel, locus Judæis &
Pontificis venerabilis, illis ceu patria R. Salomonis Jarchi Rab-
bino-

binorum doctissimi ac Commentariis, tam in S. Biblia, quam
in librum Talmud editis celeberrimi, qui hinc Jarchi à Jarchach
qs. de Lunella dictus videtur Ebrais. Vid. L' Empereur Nott. in
Benjam. Itin. f. 149. 150. Pontifici vero venerantur miraculum
a S. Antonio Patavino ibi peractum, quippe quem perhibent
preces ad DEum fundentem, cum fredo ranarum cantatu, in
lacu quodam, prope Cenobium Franciscanorum, turbaretur,
jussu suo effecisse protinus, ut ad unam omnes conticescerent,
nulla ex eo tempore earum coaxatione audita, adeo ut ranæ
aliunde etiam allatae, simulatque in hunc lacum intrmittantur,
è vestigio obmutescant. Delices de la France d. l. f. 486.
Quæ tamen res non Antonii miraculo, sed vel ipsius soli aut
aqua, vel ranarum constitutioni atque naturæ tribuenda vide-
tur, præsertim cum non Plinius tantum, diu ante Sancti hujus
tempora, illud ipsum de Cyrenis ac Macedoniis ranis ceu
naturale quidpiam perhibeat, Histor. Natur. Lib. VIII. c. 58.
lib. XI. cap. 51. Sed idem hodieque in Anglia deprehendatur
docente Dr. Presid. in Histor. Geogr. f. 12. nisi Anglia quoque
ranas, quanquam satis longo itinere inde remotas, orantem
Lunelli Antonium impediisse, eoque eadem cum Gallicis fata
expertas fuisse, dicere velis. Notamus hic obiter *wa.popa.popa.*,
quod in Hornii Orb. Polit. P. IV. f. 24. irrepsit, quove *Anglia.*
Ranas ferre nullas scribitur, cum Ranas quidem illa ferat, sed
mutas, & non coaxantes. IX. MONTISPESSLANUS, ubi totus
Dioecesis Metropolis MONSPESSULUS *Mompellier*, ita dictus
quod adversus finitimarum excursiones pessuli loco esset, aliis
Monspuellarum nuncupatus ob puellarum formæ & morū elegan-
tia conspicuarum, copiam; Non in Gallia reliqua, non in Europa urbs,
quam natura ferax eō abundanter in sexu dicaverit; Nec satis ditasse
multitudine, nisi accederet venustris oris, cultus amerior, ingenium ul-
tra Sexum liberale, urbana comitas & (quā maxime valent) garrulitas
vernacula salto respersa: Quo audit apud exterios Monspeiliū munici-
pium, pro Paradiſo Mahometis, ubi per amorum illecebras Vita transfi-
gitur, scribente Gramond, lib. XII. ad ann. 1622. f. 571. De rei
medicæ hoc in loco præstantia v. Golniz. f. 506. de urbis ori-
gine

gine *Catellum Men.* de *Langvedor* lib. 2. c. 6. ad anni 1100. ac denique de ejus obsidione A. M. DC XXII. fortiter à Réformatis sustenta, confisiisque copias auxiliares ex Agro CEBENNICO eō immitteridi, eademque tandem gloria pace finita. v. *Gramond.* cod. Lib. XII. f. 55^o. 56^o. 57^o. &c.

MAGELLONA denique Maguelone, arx antiqua, à mari forma insulæ circumdata, nota alias fabulâ Belle Magelone, & olim, sede Episcopali, quæ nunc Monspelium translata, Episcoporum tamen & una celebris JCTi Rebuffi sepultura adhuc notabilis. LATARA vicinus lacus hodieque à Magelona l'Etang de Maguelone appellatur.

V.

Sed & ab aliis videmus CEBENNARUM Tractum longius adhuc & ad tertiam ferè Occitaniarum partem exporrigi, comprehensis eō simul tribus Provinciis minoribus Gabalitana, Varienſi atque Velaunia v. Mich. Ant. Baudrand. Geogr. Tom. II. P. I. f. 41. b. m.

I. GABALENST Provinciæ le Gevaudan Gabali, veteres Franciæ populi, Plinio Gabales lib. IV. c. XIX. Straboni Gabalæis diti, tanquam sedi suæ nomen dedere. Hodie in inferiorem & superiorem dividitur, quarum illa proprie in CEBENNIS est. Inter vetera oppida eorum fuit ANDERITUM, dein nomine gentis GABALUM, inter egregias urbes ab Amoino relatum de gestis Francor. lib. I. c. V. quodque recentiores Geographi, oppidum Javouls esse, non immerito suspicantur. Successit deinde MIMATENSIS VICUS, Sidonio MIMATES lib. VII. Ep. VI. hodie Mende, Metropolis ac Episcopalis Urbis sustinens qualitatem, meminitque Greg. Turonensi. Episcopi Memmatensis S. Privati, ab Alemannis, Croco Duce, Gallias pervagantibus, cæsi. Hist. Gall. lib. I. c. XXXII. cuius memoria & nomen in Monasterio & urbe Privatiensi hodiendum adhuc custoditur. Urbem in valle versus CEBENNAS & fontes Oldæ le Lot sitam, insignis æris temperies, solique circumiacentis fertilitas commendant. De Cathedrali Ecclesia, ejusque campana incredibilis magnitudinis, v. Schönd. Itin. f. 168. Quatuor fere leucis in occasum inde distat MARENGLUM sive MARVECUM Marvejols, quod Greg.

Turo

12

II

Turonensi *Cesirum Meriolacenſe*, aliis etiam *Maroſogium* dictum, ſitumque ad Montium radices juxta amnem *la Colange* verfuſus limites Tractus Rhutenenſis. *CANURGIUM*, *SPANIACUM*, *Eſpagna*, *FLORACUM*, loca ſunt ſolo nomine nota. *v.*, *la Croix Geogr.* *P. III. C. 2. Sec. X. §. 9.* Ipiſa *GABALITANA* Regio IX. & in eunte X. Seculo, ſuis uia Comitibus legitur, inter quos A. 980. inclaruit Stephanus: Tandem vero ad *Alphonſum I. Tolofſe* Comitem A. 1141. devoluta, cum ejus ditionibus Gallicæ corona A. 1271. unita fuit, Comitis titulo in Epifcopum A. 1306. ex transactione Philippi Pulchri G. R. & Guilielmi Mimatenſis Epifcopi, translato. *Juſtell. Hisſor. Abern.*

II. *VIVARIENSIS TRACTUS* nomén à *Vivariorū* multitudine ſortitus, quamvis montium ambitu quaquaverſum cingatur, fertilis tamē eſt, ac in iis praefertim partibus, quæ planæ ac Rhodano propiores ſunt, frumenti, fructuumque feracissimus, vino etiam *Helvico*, à Plinio jam ſuo tempore laudato, nobilis *Lib. XXIII. c. I.* quā laude & noſtra xata haud fraudanda Regio illa videtur. Inhabitarunt eam olim *HEL* VII five *ALBENSES* *Cesar.* *Lib. I. B. G. c. I. II. III. Strabō Lib. IV. f. 193.* ſcinditurq; nunc decurrente per medianum fluvio *ERYEU* in duas æquales partes, quarum altera *Superior*, altera *Inferior* dicitur, utraque Sede Regia *Sigē Royale* inclareſcens. Illa *ANNONIACO* *Marquiat d'Amnony* juxta Domiam *Décume* amnem, celebris eſt, quæ urbs ab *amnona* nomen videtur duxiſſe, atque alias prouentu Archi-Epifcoporum, Cardinalium, & magni nominis virorum prænobilis eſt. *Delic. de la France P. IV. f. 505.* Civitates cæteræ ſunt *ANDANCIA* *Andancé* ad Rhodanum, & in primis *TURNONIUM* *Tournon* caſtro rupi impoſito, eoque per vetuſto ſirmum *Delices de la France l. c. f. 505.* & una Academia ornatum, à *Franciſo de Tournom* A. M. DLX. fundata. Duabus præterea abbinc leucis in medio Rhodani *Petra rōtunda* conſpicitur, quam *Mensam Regiam* *la table du Roy* vocant, eò quod *Henricus Valesius* ē Polonia redux, in eā alio quando animi cauſa prandium ſumifileſt; Neque procul inde abeſt vetuſta domus, quam *Pilati* prædium fuſſe ferunt, in deque *la Maſon de Pilate* appellant. *Sebröt. Hisſ. Orb. P. I. c. IV. f. 336.*

super

B 2

f. 336.



f. 336. Gölniz. f. 45r. Inferior Vivariensis Provinciæ pars totius Tractus Metropolin, præcipuamque Helviorum veterum Urbem VIVARIONEM Viviers continet, sitam ad ripam Rhodani, simulque Episcopalem. Ex ejus Episcopis Venantius Concilio Epaonensi & Arvernensi, sub Theodeberto Rege, subscripsit. Habet præterea PRIVATUM Privus ad fl. Ardecam, munitionis alias, sed A. M DCXIX. bello contra Protestantates, munitionibus nudatum. Gramond. Hist. Gall. Lib. VI. f. 320. pr. ALBENACUM Aubenas, VILLAMNOVAM BERGIAM Ville neuje de Berg, Regia Sede inclytam. VALLUM Vals aquis mineralibus per quam salubribus celebre, du Plessis Geogr. P. H. c. XV. f. 120. GAUDIOSAM deinde, seu JOIOSAM Joyeuse ad Belmam fl., Ducatus titulo insignitam, ARGENTARIAM l'Argentier XI. Christi Seculo extrectam, ubi olim abundantes argentifodinae, è quibus nomen fortita fuit. Ac denique BURGUM ANDIOLI le Bourg de S. Andiol ab Andiolo Sub-Diacono, quem à S. Polycarpo cum S. Benigno & Andochio, eò ab Oriente missum, scribit Ado in Martyrolog.

Gabalis, Helviisque finitimi fuere VELAUNI Plin. lib. IV. c. XIX. aliis VELAUNII Cesar. Lib. VII. B. G. & οὐελλαῖοι apud Strab. Geogr. Lib. IV. ad cuius scripturam quam proxime accedit hodierna appellatio, quā Tractus ille, quem incoluere, hodie IIItiā CEBENNARUM partem constituenta le Vellay vulgo dicitur. Martyrologiалиive Scriptores PAGUM VELAUNUM nuncupant, non insolita Pagi notione, quā sc. integrum praefecturam significat, & unde Gallorum País fluxisse probabile est. Scalig. Lebt. Auson. Lib. I. c. XXIII. f. 66. Velaunorum caput RUESSIO Rieux fuit, è cuius ruinis crevit urbs adjacens ANICUM, nunc Podium Puy en Velay dicta, quæ, nunquam se occupatam esse, gloriari solita fuit. Aut. des Etats, Empir. de Gall. n. XXI. f.m. 112. Archonrol. Coym. rec. edit. f. 156. b. Alio præterea charactere insignis, quod Episcopum habeat immediate à Pontifice M. dependentem; unde Stephanus in Literis A. C. 1223. scriptis sese Dn. Papa Suffraganeum Specialem vocat. Neque prætereundum Concilium ab Aquitanis Episcopis in hac urbe celebratum, quo Anacletus Anti-Papa damnatus, Innocentius usque

13

usque II. Pontif. confirmatus fuit. Baron. Annal. ad A. 1130. De singulari D. Virginis in hac urbe cultu, & reliquiis variis,
r. Fournier. Geogr. Lib. VI. c. 23. f. 342. Boter. Relat. P. I. Lib. I. f. 26.
Caterum vulgaris VELAUNIE divisio est in citeriorem de çà
les bois quæ Podii, & ulteriorem de la les bois, quæ MONTIS-
FALCONIS Montfaucon vicinia est, Montibus tribus nemorosis
Mezeres, Pertuis & Meigal eam distinguenteribus, de qua Franc.
d'Avity Defér. de l' Europ. Tom. II. f. 365.

VI.

Prolixius hæc de Tractibus CEBENNICIS ex Itinerariis ta-
bulisque Geographicis recentioribus, & earum Commentariis,
quæ in manus nostras venere, excerpere voluimus, eò quod
non exiguo usui, ad sequentia argumenta nostra futura esse
viderimus, non moraturi alias, si quis ea accuratius enotare
ac describere velit, nec ignari etiam, hodiernos Cebennenses, de
quorum Justitia agere instituimus, angustioribus limitibus, ju-
gisque montanis suis fermè circumscribi. Sequitur, ut ad In-
colas quoque horum Tractuum eorumq; mœres transeamus,
quos non tam à stirpe generis & feminis, quā ab ipsâ lo-
ci naturâ hominibus ingenerari, non Cicero tantum docuit de
leg. Agrar. II. cap. XXXV. sed suo etiam CEBENNENSES exemplo
luculenter demonstrant. Qui enim ex iis Montes inhabitant
more omnium ferè Montanorum duros, robusti, habituq;
corporis eo solidiori sunt, quo montanae aves & pecora palu-
stribus, & montanæ arbores reliquis præstant. His juncta in-
signis laboris patientia, quā in colendo solo suo, seu liberali-
tatem naturæ promovendi, seu defectum supplendi causa con-
tinuò occupantur: Viætūs præterea, cultus corporis, & vesti-
um simplicitas, quam & ipso hoc tempore adhuc prodidere,
nullo inter gregarios milites ac Duces discriminé, nisi quod
signo aliquo vestibus affixo hi ab illis distingvantur, de quo
seq. Cap.. §. ult. pluribus agendi erit occasio: Morum deniq;
integritas cum asperitate tamen quadam, seu potius injuria-
rum impatientia conjuncta. Unde & in arma & rem milita-
rem propensio, fatente ipsomet Gramondo lib. XII. fol. 545. CE-
BENNARUM, inquit, Regio Montibus circumdita afferis, ubi raro legum
usu



usu feroce passim indigenæ & bellicosi. Rursumq; lib. XIV.
f. 929. populoſe huic Regioni tot eſſe milites ſcribit, quot indigenas :
Idem de Vivarienſibus teſtatur Autor de la Dēſcript. des Etats,
Empires, c. de Gall, n. XII. : Vivarienſem ſc. Provinciam pro
magnitudinis moduſo plus militum alere, ac ullam universi terrarum or-
bis regionem: Adeo illam viris strenuis & animoſis eſſe repletam, quo-
rum virus inter præſeniffima queque pericula, firma ſemper atque im-
mota maneat. Scatere omnia hominibus ad bellum natis, & exiguo hoc
ambitu tot coniurari milites, qui vel gregariorū, vel Ducum munera in
bellicis expeditionibus jamtum ſuſinuerunt, ut hic Traethus unus legen-
do militi opportunity videatur; (qui locus tamen in Archontologia
Cosmica ſequaciflma alijs hujus Autoris omissus eſt). Ac pro-
inde non immerito de CEBENNIS valebit, quod Aelianus, forſan ni-
mis generaliter, de Francia omnibus ſcribit: Eſſe omnium homi-
num ad ſubiecta belli pericula promiſſimos.

VII.

De CAMISARDORUM nomine gall. *Camifards*, quo hodie
ipſo gentilitio frequentius appellantur, nullum dubium eſt,
quoniam per contemptum ipſis ab hoſtibus eorum imponitum fue-
rit, ut quos nec doctrina nec armis haſtentus vincere potue-
re, ipſo nomine redderent detestabiles, idque vel à *Camifa*,
Chemſe ob exilitatem veftum, q. homines prope nudos & fo-
lis induſis, teſtros, exemplo illorum *Judith*. V. 26. Ecce Populus
eſt, cui non adiungit vires, neque robur ad arcem validam,,
ſeu, ut Lutherus eleganter reddidit: Seind das doch allzu-
mahl naſchta Leute und keine Krieger; Vel ut q. infidiosos
& tumultarios iudicarent, à gall. *Camifade*, quod improviſam
irruptionem ſignificat. Sed vetus illa Conſuetudo eſt, qua
etiam mediis ſeculis maiores ipsorum, his viciniſque locis ha-
bitantes, non uno vel altero, ſed magno ſatis atque intole-
rabilis propemodum hujusmodi convitorum numero, ab hoſti-
bus suis oneratos legimus. Modò enim RUPTARIOS dixere. s.
ROTARIOS *Routiers* h. prædones, ſeditiosos, turbulentos, teme-
rarios, prout vocem hanc, *Camifardorum* nomini prorufus æqui-
parandam, explicat *Caff. Barb. ad Briton. Philipp. Lib. VII. n. 148.*
f. 490. Modò BEQUINOS h. mendicos. COTERELLOS deinde,

Cote-



35

Cotereaux h. Scurras. SACCULARIOS Siccars v. Job. Paul. Perrist
Hist. Waldens. P. I. lib. I. c. 3. p. 8. CHANIARDOS Chaignards h. spur-
cos atque in luto se voluntantes Etien. Pasquier. Recherches de la
Franc. Liv. VI. ch. 39. f. & quod omnium maxime execrandum;
BULGAROS Bougres, de quo Robertus Monachus Altissiodorensis:
Per idem tempus BULGARORUM heresis execranda; errorum omnium
sex extrema multis serpebat in locis, tanto nocentius, quanto latius.
Sed invaluerat maxime in terra Comitis Tholosani & Principum
vicinorum, ubi dum suum publice profiteretur errorem, Primatum &
Iudicium Romanae Ecclesie spernunt, in Chron. ad ann. 1207. De
ratione nominis vero non pratercundum, eam a natione Bul-
garorum derivandam quidem esse, non tamen qs. ibi habitave-
rint, aut illa in regione præcipue se diffuderint, sed à veteri
odio Hadriani II. Pontificis adversus Bulgarios, qui cum reli-
gione Christianæ accessissent & contra vota sedis Romanæ sele-
Ecclesia Græca adjunxit, Pontifex ex indignatione sin-
gulari ut eos omnes abominabiles redderet, peccatum illud de celo ta-
ctum, uti loquitur Mornanus Myster. Iniquit. f. 183., BULGARORUM
nomine appellavit, veluti & hodienum Boïgre apud Gallos ejus-
modi peccati reum vocat. Indeque & Evangelici illi vete-
res BULGARI dicti, non a natione, sed tanquam gravissimi ejus-
modi criminis rei, eoque digni, qui omnibus abominationi
essent. De HUGONOTORUM nomine ante Sesquiseulum cir-
citer orto, res omnibus nota est, Evangelicos illorum tem-
porum ob conventus nocturnos ita dictos, tanquam Spectri
cujusdam Lugdunensis, Hugon vocati, amulos. Sed & PAP-
LIONUM cognomen Parpaillols nuper elapsi Seculi Anno XXI.
ipsis dari ceptum. Cum enim in obsidione Clariacensi Clai-
rac anno 1621. milites præsidarii Hugonotti dum carbacea indu-
ti ueste hac atque illac nullo periculi meu discurrunt, prima in bellum
etate valentes, PAPLIONES veracula lingua Parpaillols vocati, que
dictio quamvis nullo acuminne, ut ipse fatetur Gramond. Hist. Gall.
Lib. IX. §. 432. eo omnium applausu excepta, ut Evangelici postmodum
communi assensu in Gallia PAPLIONES dicti fuerint, hinc ducta, tri
ereditum, metaphorâ, quod lapsu in lumen incanto Papilio extinguitur
flamme circumvolans; vel etiam ex ueste & cutis celeritate, sub-

abescens illis ipsis & cursus celer, ut è longinquo volare crederet. Hinc PAPILIONIS vocabulum, quod in hanc diem invaliduit. Gramond. d. l. Alibi TISSERANS Linteones nuncupati leguntur, quod hoc fere opificio, nullo generosiori vita genere, occuparentur. Mezorii. Abbr. Hist. de Franc. P. I. Tom. 2. f. 656. Itaque non mirum, si nostra etiam atque, ejusmodi probrosis nominibus, veritatis avitæ tenaces in his locis denigrati fuerunt. Ipsi certè Christiani veteres, hoc ignominia genus declinare non potuerunt, quos GALILEOS, MANICHÆOS &, quod præcipue tangendum, Piscicu-los sarcasticè dixerunt, voce IXΘΥΣ h. Piscis ex quinque vo-
cum Ιησοῦς Χριστὸς Θεὸς Υἱὸς Σωτῆρ initialibus literis emergente, cuius occasione & Augustinus de Christo : Quod in hujus mortalitatis abyso velut in aquarum profunditate sine peccato esse posse tuerit, quemadmodum nihil saliedit à marina aquis pisci afficitur. Lib. IX. de Civ. Dei C. XXIII. & ex eo Pfanner, Syst. Theol. Gent. pur. Lib. IV. c. I. indeque & Christianis in diminutivo tributâ, tanquam baptisimi aquâ abluti, ut cum Magistro discipulos simul irriderent, Smer. Antiquit. Neomag. f. 44.

CAPUT II. CEBENNENSES TRACTUS TO- TIS QUINQUE SECULIS FUISSÉ SEDEM BEL- LI, ECCLESIAE MILITANTIS CONTRA PONTIFICIOS.

Summaria

- I. Introductio.
- II. Cebennas vicinosque Tractus & universas Alpium Protenſiones, ad Pyrenæos usque Montes, & intermedias Provincias Gallie Meridionalis perpetuam fuisse Sedem veteris Similitatis Christianæ, præcul

Novitatibus Sedi Romane: Testimonia Pontificiorum de Integritate Vitæ, ac perfecta no-
titia S. Script. veterum Albi-
genfium & Waldensium,
& ignorantia Clericorum partis
adversæ: Bernhardi testimoniū:
Doctrinam eorum,

ab

- ab hominibus haut profetam fuisse: *De credulitate ejusdem Bernhardi, monitum.*
- III. *Scripta privata & Concilia ipsius opposita: Anathemata in eos vibrata: Colloquia cum illis instituta, horumque successus.*
- IV. *Ortus Officii Inquisitionis, Dominicanorum & Franciscanorum.*
- V. *Vis publica iisdem opposita, Militia que Crucifera in eos armata.*
- VI. *Initium Belli: Processus cum Raimundo Tolosae & S. Aegidii Comite: Biterrarum expugnatio, & crudelitas in ipsis Pontificios exercita.*
- VII. *Summa rerum secutis XXX. Annis bello gestarum, ex I. P. Ferrini Historia Albigenii excerpta.*
- IX. *Argumentum Divinae Providentie in Dispersione eorum.*
- IX. *Evolutio Capitis XIII. Apocalypses Seculo XIII. applicata.*
- X. *Fata Merindolenium & Caprarientium, excidium, iis intentatum: Chaffanæ j*Ci* Consilium Juridicum pro Defensione Murium.*
- XI. *Varia Bella, Pacisque Doli in Cebennis vicinisque Provinciis sub Francisco II. & Carolo IX. Regibus Gallie usque ad A. 1572.*
- XII. *Lanienæ Parisiensis, alia rumve Urbium irrita Consilia: Rationes Protestantium ad Arma*
- redeundi: *Specialia in Cebennis gesta.*
- XIII. *Henricus III. R. G. frateris Pacis Consilii Arma corripit, sed non sine errore: Accessio moderatoriorum Pontificiorum ad Protestantes: Pacis negotium, octoque Urbes Fidei, & inter eas Bellonquadrum Protestantibus concessum.*
- XIV. *Dolus Pacis hujus, Liga Pontificiorum à Thuano palam improbata, à Gramondo mollius reprehensa: Reditus ad Arma: Decretum Blesense de una Religione: Thologorum Pontificiorum repetita assertio de Fide Sectariis non servanda: Collatio Nericiana, Flexiana: Defensio Protestantium aduersus Gramondum. Reges non ab iis, sed à Pontificiis ludibrio habiti: Parisiensium defectio à Rege Henrico: Maledictio ejus in Urbem effusa: Declaratio c. Protestantes eidem extorta: Nec eo minor contemptus ejus, ipsiusque abdicandi conatus: Fides Protestantium erga eum.*
- XV. *Status tranquillus Cebennorum sub Henrico IV.*
- XVI. *Reditus ad Arma sub Ludovico XIII. hujusque rationes: Edictum Nemausense: Fides Cebennorum erga Regem.*
- XVII. *Status eorum sub Ludovico XIV. subiectioque calamitosus.*
- XIX. *Signi Bellici eorum confidencia. C Se-*

Sequuntur ARMA Cebennensium, Pars altera argumenti nostri, Seque non unius alteriusve Annis, aut etatis humanae periodo circumscripta, sed ad aliquot Seculorum spatio extensa. Quod enim pricipue hoc Capite tractandum sumimus, hoc est: Cebenenses hofce Tractus jam à quinque retro Seculis fuisse Sedem Belli Ecclesie militantis contra insultus Sedi Romanæ, ejusque asseclarum.

II.

Quod ut demonstretur ex Actis mediorum Seculorum, IX. X. XI. XII. repetendum, Tractum illum Cebennensem vicinosque & universas Alpium protensiones ad Montes usque Pyrenæos adeoque Galliam Meridionalem per Delphinatum, Provinciam, Langwedociam juncta Sabaudia & Pedemontio exorrectam, constantem veluti sedem & custodem fuisse primæ illius Simplicitatis Christiane procul Novitatibus Curia Romanæ, adeoque Orthodoxæ Ecclesie militantis, subinde arctioribus limitibus comprehensam, quandoque & amplioribus extensam, variisque notinibus Waldensium, Albigensium, Patarenorum, Petro-Bruianorum, Arnoldistarum aliusve pluribus, ex parte superiorius civitatis, appellatam, sed ejusdem doctrinæ semper tenacem, factentibus ipsis Pontificiis Scriptoribus, ipsoque adeo Inquisitore Waldensium Rainero, qui circa hæc tempora vixit c. Hæref. c. IV. Inter omnes sectas, inquit, que adhuc sunt vel fuerunt, non est perniciiosior Ecclesia, quam Leonistiarum, & hoc tribus de causis: Imæ est, quod est diuinior; Aliqui enim dicunt quod duraverit a tempore Sylvestri, aliqui à tempore Apostolorum: Ille quod sit generalior; fera enim nulla terra est in qua hec Secta non sit. Qui & enumeratis XVI. Ecclesiis Catharorum & in iis tribus præcipuis, Ecclesia Albanensi, vel de Sensano, Ecclesia de Concorezo, & Ecclesia Bagnolensium sive de Bagnolo, Sectam eorum in tres partes sive feetas principales divisam esse scribit, quarum primi vocantur Albenses, secundi Concorezenes, tertii BAGNOLENSES. Et hi omnes, inquit, sunt in Lombardia: Cereri vero Cathari sive sunt in Thuscia sive in Marchia vel in Provincia, non discrepant in opinionibus a dictis Catharis seu ab aliquibus eorum C. VI, f. 65. 71. Et Petrus Clunia-

Clunia-

Cluniacensis Abbas, speciali Venerabilis cognomine alias notus,
 L. adv. Petrobrisanos ad Archi-Episcopos Arelatensem, & Ebroudensem,
 Diensemque ac Wapicensem Episcopos scripto, hos inter omnes
 totius Provinciæ Septimaniæ, seu Alpium Maritimiarum Episcopos
 excellere, Sectam vero, quam vocat Petri de Bruis, migrasse
 ad loca ipsis contigua, & à Septimania ipsis persequentibus ex-
 pulsam, in Provincia Novempopulorum, quæ vulgo Gasconia
 vocatur, & in partibus ei adjacentibus sibi foveas præparasse,
 ait. Similiter è Seculo penultimo Jac. de Riberia Collect. de Urbe
 Tolos. Waldenses s. Lugdunenses dicit primam locum tenuisse in
 Gallia Narbonensi, Albensi, Ruteni, Cadurcensi, Agemensiisque Diece-
 phibus. Seculo denique nuper elapsus M. Anton. de Roreno Prior
 Lucernensis, in Narratione dell' Introductione, ut vocat, de gl' Her-
 etici nella Valle de Piemonte: Nel nono & decimo Secolo continuano
 l' heres antecedenti. v. plur. cit. Hist. Geogr. Dn. Pres. C. VI. S. 1.
 f. 182. Nihil aliud quoque in iis desideratum, quam, cum vi-
 ta alias integræ essent, quod Ecclesiæ Romanæ Decreto se
 opponenter, fatente iterum Rainierio cit. c. IV., ubi tertiam cau-
 sam incrementorum Waldensium reddit, quod omnes alie fæctæ
 eum immanitate blasphemiarum in Deum, errorem inducant; hæc in-
 quirit, Leonistiarum magnam habet speciem pietatis eo, quod coram ho-
 minibus juste vivant, & bene omnia de Deo credant, & omnes Arti-
 culos, qui in Symbolo continentur, solam Romanam Ecclesiam blas-
 phemant & oderunt, cui multitudo facilis est ad credendum. Prædi-
 cat præterea sedulitatem eorum in docendo & discendo: Viri
 & mulieres, parvi & magni, nocte & die, non cessant discere & docere.
 Audiri ab ore creditis cuiusdam, quod quidam hereticus, quem novi, ad
 hoc tantum, ut eum à fide nostra averteret, & ad suam perverteret,
 perduceretque, nocte, hyemali tempore per aquam, qua dicitur Ibis, nata-
 vit ad ipsum, Erubescat negligientia fidelium Doctorum, qui non sic ce-
 lant infidelitatis errorem. Laudat etiam eximiam cognitionem
 Scripturæ in iis: Novum & Vet. Testam. vulgariter transtule-
 runt, & sic docent & discunt; Vidi & audivis rusticum idiotam, qui
 Job recitavit de verbo ad verbum, & plures alios, qui Novum Testa-
 mentum totum sciverunt perfectum. Horum causa & interpretatio habi-
 tos fuisse, cum e contrario sacerdotes Pontificiū omnium rerum

ferme ignari extiterint, notat Jacob. de Riberia in Collect. de Urbe
 Tolosa. Waldenses seu Lugdunenses diu primum locum tenuisse
 in Gall. Narbonensi, Albiensi, Ruvenz, Cadorensi, Agemensemque Dia-
 cesis, celebriores fama, eoque tempore nullo aut parvo in prelio; qui
 sacerdotes se, Episcopos & ministros Ecclesie dici volebant. Indigni enim
 omnes & rerum omnium ignari pene cum essent, facile illis fuit erudi-
 tione & doctrina praecellentissimis, primas in populo artes sibi vindica-
 re, ex quibus cum praeter ceteris Waldenses acutius disputarent de reli-
 gione, admitebantur sepe a sacerdotibus publice docendi causa, non quod
 eorum sententia sibi probarentur, sed quod Waldensibus ingenio pares non
 essent. Bernhardus certe celebris ille Claravallensis Abbas,
 sed in Catharos hofce, quos vocat, iniquior, nescit Autorem
 aliquem Secta ipsorum indicare: Quare ab illis sua Secta au-
 torem, neminem dabant: Que heresis non ex hominibus habuit propri-
 um Heresiarcham? Manichei Manem habuere principem & praeceptorem,
 Sabelliani Sabellium, Ariani Arium, Eunomiani Eunomium, Nestoriani
 Nestorium, ita omnes cetera ejusmodi pestes singule singulos magistros
 homines habuisse noscantur, à quibus simul originem duxere & nomen;
 Quo nomine ipsis titulove censebis? Nullo; quoniam non est ab homi-
 ne illorum heresis, neque per hominem illam accepérunt. Serm. 66. super
 Cant. f. 763. Recte omnino, non ab homine, neque per ho-
 minem doctrinam suam accepérunt, evidenti indicio conti-
 nuata per eos veteris doctrinæ Christianæ à Christo & Apo-
 stolis olim traditæ. Sic enim & Paulus se Apostolum vocat
 non ab Hominibus, nec per Homines, sed per Christum, Gal. I. 1. Et
 è contrario Homines Autores habent, quotquot errores in Re-
 ligione Christiana extitere haec tenus: Quod Bernhardus qui-
 dem eludere conatur: Absit tamen, inquiens, ut per revelatio-
 nem Jesu Christi, sed magis & absque dubio uti Spiritus S. prædictus,
 per immissionem & fraudem Demoniorum in hypocrisi loquacium, men-
 dacium, probibentium nubere &c. Sed diabolus nunquam legitur
 Doctrinam erroneam immediate sparsisse, sed semper Homi-
 num ministerio usus fuisse, quos quia Bernhardus dari negat,
 jam Christo relinquendi erunt, donec contrarium proberetur.
 Nec eo minus doctrina, quam professa fuere, Christi erit, licet
 Bernardo securus videatur, quem alias quoque nimis credulum
 fuisse,

12

21
fuisse, ex contentione ejus cum Abailardo ipsi Pontificii ostenderunt. *V. Amboestum pref. in Opera Abailardi.* Quæ similiave cum à Scriptoribus Historia Ecclesiastica, Flacio in *Catal. Test. Verit.* Ufforio *L. de Christian. Ecclesiar. Successione ac Statu,* & Scriptoribus Waldensium *Job. Paulo Perrino, Job. Legero & aliis prolixè exposita sint, pleniori enarratione nostra non egent.*

III.

Quod verò jam illis temporibus crimen esset non sentire, quod Ecclesia Romaana vellet, vel sentire, quod illa nollet, hinc non uno tempore extitere, qui suscepto hujus patrocinio iis passim adversarentur, quales prater ipsos Pontifices, Claudi Taurinensis tempore *Theodemiru* Abbas, *Jonas Aurelianensis* Episcopus, secutisque temporibus *Petrus Cluniacensis c. Petrobrusianos*, ipse *Bernardus Clarevallenensis*, *Lucas Tudensis*, aliquique Scriptores AntiWaldenses *T. XIV. Bibl. Par.* comprehensi & *Jac. Greseri Soc. Jes.* prafatione stipati. Inde cum numerus eorum indies cresceret, Conciliis adversus eos actum, quale Gallicanum aliquod A. 1176. contra Albigenses habitum, ex Rogerio Hovedeno descriptib *Binius Tom. III. Concil. P. II. f. 543. sqq.* & Concilium Lateranense IIIIum A. MCLXXX. celebratum, quo tanquam Universali congregatis 280. Episcopis, ab Alexander III. P. M. publice damnati, omniisque hominum commercio exclusi leguntur *Can. XXVII. Quia in Gasconia, Albigesio & partibus Tholosani & aliis locis ita hereticorum, quos alii Catharos, alii Patrinos, alii Publicanos alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perversitas, ut ita non in occulto, sicut aliqui, nequitiam suam exercant, sed suum errorem publicè manifestent, & ad suum consensum simplices attrahant & infirmos, eos & defensores eorum & receptores anathemati decernimus subfacere, & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in dominibus vel in terra sua tenere, vel fovere, vel negotiationem cum iis exercere presumat. Si autem in hoc peccato decesserint, non sub privilegiorum nostrorum cuiuslibet indultorum obtentu, nec sub aliquacunque occasione, oblatio fiat pro eis aut inter Christianos accipient sepulturam.* Denique & Colloquia cum iis tentata, demandata in specie *S. Dominico ejusque affectis hoc munere, qualia apud Apamias, Pamiers, & ad Viridefolium habita, in primis vero*

Monte Regali *Mont Royal* haud procul Carcassona , quō tanquam solenniori reliquis, A. 1207. die Lunæ II. Octobr. inter Episcopum Exovensem Hispanum & Arnaldum Hor Pastorem Albigensium celebrato, quid effectum sit, Nicol. Vignier Hist. Eccles. ad A. MCCVII. sequentibus indicat : Arnaldus Hor hec tria expresse assertebat. Primo : Romanam Ecclesiam non esse Christi sponsam , nec sanctam Ecclesiam, sed turbulentam , Sarane doctrinæ institutam , adeoque Babylonem esse illam , de qua in Apocalypsi loquitur B. Johannes , matrem fornicationum & abominationum , sanguine Sanctorum & Martyrum Jesu Christi inebriatam . Secundo : Politiam illius non esse bonam neque sanctam , neque à Christo stabilitam . Tertio : Missam eo modo , quo celebratur hodie , non esse vel à Christo vel Apostolis eius institutam . Contrarium suscepit Episcopus ex Nov. Test. confirmandum coram B. de Villanova , B. Auzebeni , R. de Bot , & A. Riberia delectis arbitris . Postquam triduo durasset disputatio , petiti episcopos , XV. concedi sibi dies , quibus thesum suarum probationes scripto mandaret & Arnaldus Hor octo dies , quibus adversarii scripto responderet . Reversi die prefecuto , ad quadratum Colloquium produxerunt , quo tempore Episcopo preffo fuerunt Legati duo P. de Castronovo , M. Radulphus Candelensis Abbas , P. Bertrandus Prior Auterbi , Prior Palatii atque alii plures . Demum , afferente Episcopo , ea que non sunt de Missa , esse afferenda , missa est concio , nec quicquam aliud de istis controversis constitutum . Quibus non dissimilia sunt , quæ habet Rob. Altissod. Chronol. A. MCCVII. narrata prius doctrinæ eorum , quos Bulgaros ibi vocat , indeque , quo successu Collocutores eorum gravissi fuerint : De consilio Dn. Pape Cisterciensis Abbas atique Abbates circiter XIII. delegantur , ejusdemque Ordinis Viri probabiles omnes , & sapientia & facundia perinfructi , parati ad satisfactionem omni poscenti rationem de fide , & pro fide etiam animas ponere non verentes . Egressi gitur de Cistercio mense Martio , numerò circiter XXX. per ARARIM labantur in Rhodanum , modicis expensis , equitaturis nullis , ut per omnia viros Evangelicos se probarent . Ingressi denique , quo tendebant , bini vel terci ab invicem divisi , partes illas perambulant , & hostes fidei , sane doctrina spiculis appetentes , vix in multis millibus paucos inventiunt rebæ fidei possessores . Alii vero , quorum erat numerus infinitus , sic suo pertinaciter inhabeabant errori , ut nullis veridicis acquiescerent documentis ,

scimus

sed

12

23

sed tanquam affides obscurascerent ad voces incantantium sapienter,
ne mentes dimeras tenebris, penetraret auditio veritatis. Per tres ita-
que menses, urbibus, villis & oppidis multo labore & solicitudine pera-
grato multisque periculis & insidiis appetiti, paucos revocant, paucos
fideles repertos de fide certius instruunt & confirmant. Similiter ap.
Godofred. Colon. legimus ad A. MCCIX: Abbatem Cisterciensem
& alios Abbates ejusdem Ordinis iterum a Papa in Prouinciam, con-
vertendi gratia Begginos ad fidem, missos, sed ab eis contentos & cum
ignominia repulsi esse. Quæ aliave plura huc facientia viden-
da itidem ap. Usser. c. X. ß. 19. 20. seqq.

IV.

Eadem occasione & institutum ab Innocentio Inquisitionis
Officium, pro forma quidem, ad Episcoporum nolentium alii nego-
tiis preferre fideli negotia supplendam negligentiam, ut Eymericus
loquitur Direct. Inquisitor. P. III. n. 129. at revera non alio fine,
quam ut Ecclesia Romana adversus Christianos hospes munici-
mento esset, ac tunc veluti præluderet majoribus illis moti-
bus paulo post adversus eos institutis: Cujus inter primos
ministros indicantur ab Innocentio Rainerius quidam & Guido,
literis ad Archi-Episcopos Galliæ XI. Cal. Maj: In Provincia
quosdam, qui Waldenses dicantur, pullulasse accepimus, innumeros-
que populos fermento falsitatis corrupisse. Cum igitur, ad capiendas
huiuscmodi vulpes parvulas, &c. dilectum filium Fratrem Rainerium
virum probate vite & conversationis honeste & Guidonem virum De-
um timentem ad partes istas duxerimus destinandos, Fraternitati vestre
per Apostolica scripta mandamus; ut si qui forte converti non poterunt,
ne pars sincera trabatur NB. de vestris finibus excludantur.
Et aliis III. id. Maj. datis: Quia Frater Rainerius pro arduis Ecclæ-
sia negotiis, in Hispaniam de mandato praecellit Apostolico, volumus ni-
hilominus & mandamus, ut vos, Fratres Archi-Episcopi & Episcopi, cum
a dicto Fratre Guidone fueritis requisiti, in hereticos, quos ipse nobis
nominaverit, spiritualem gladium exercatis: Laici vero bona eo-
rum confiscant, & eos ejicant de terrâ suâ, & eorum
paleas separant à frumento. Inde S. Dominicus id sibi Ordinique
suo

edeq

fuo dari officium petuit & obtinuit, ille nim. Columnen jam labantis Ecclesia Lateranensis futurus: Innocentius enim

Viderat in somnis LATERANI ingentia Templi
Tecta ruinoſum caput inclinare, virumque
Supposuisse humeros & sustinuisse ruinam:
Taliter admonitus pastor succurrere seſſis
Posse hominem fidei rebus, regnoque labanti,
Annuit & ventis impletivit vela secundis.

ut Bapt. Manuan. cecinit Pastor. L. II. X.

Accessit cum Ordine suo S. Franciscus Cancellarius ille Christi, Legatusque & Vexillifer summi Regis, ut a Bernardino Senensi vocatur de Evang. Aetern. Serm. LX. De Christi Latere novus Legatus mittitur, in cuius sacro Corpore Vexillum Crucis cernitur. Hi duo Ordines jam per Europam diffusi, docendi Munus in Ecclesia suscepere, per horum prædicationem Ecclesia renovanda erat, hi quicquid alii Ordines Pontificii, aut Personæ Ecclesiasticæ agerent, erant Magnatum Consiliatores & Nuncii, etiam Dn. Pape Secretarii, ut Matth. Parisiens. ait ad A. M. CCXXXV. sed aliorum judicio immanes humani generis proditores, irregulares impuri Spiritus procuratores, Christiani Orbis incendiarii, pacis & charitatis inimici. Quæ omnia plenissime exposita ab Uſſer. L. de Christ. Eccles. Success. & Stat. c. IX. §. 6. sq.

V.

Sed quoniam ingenio & eloquii viribus passim prævalebant, numero insuper quam maximè augebantur; Ut enim Cæſar. Heſterbachius ait: In tantum Albienſum error invaluit, ut brevi intervallo temporis, inficerit usque ad mille civitates: Et si nouiſſet gladiis fidelium repressus, puro quod totam Europam corrupiſſet: Et Mariana Galliam universam Hispanięque partem invadisse scribit, Matth. Parisius in Vasconia, Arunpnia, Albigeso, partibus Tholofaniſ & Aragonum regno floruisse, Godofr. Colonienſis Per totam Provinciam plures Civitates cum Baronibus & Nobilibus terre & Clero in eam heresiſ decidisse notat ap. Uſſer. c. I. §. 17. Jam id unice ſibi restare crediderunt adverſarii, ut vi externa eos comprimerent, & qui bello intellecuali toties ſuperiores fuerant, hos bello extero ac ſanguinante ferro ſibi ſubjicerent, im-

probo

12

25

probo quidem, & causa licet non probata, non eo minus dominandi consilio, sed ad conservandum statum Romanæ Curiae necessario viso, autore Odone Parisiensi Episcopo, ut nim. Dn. Papa Principes & populos per Gallias concitaret, ad debellandam Albigensium hereticorum perfidiam, qui sepius attentati NB. nullatenus gladio verbi DEI poterant expugnari, ut loquitur ante cit. Rob. Altfisidor. ad A. MCCIX. Nec res effectu caruit, tunc enim Dn. Papa, ut porro Roberti verba sunt, longe lateque directis, peccatorum remissione concessa, innumerabilis multitudine fidelium concitatur & novo more, crucis se signo confignat in pectora, contra fidei desertores zelo fidei se armantes. Scriptis etiam Papa Innocentius Regi Francorum Philippo & omnibus Principibus Regni sui, mandans & precipientis, quod cum magno exercitu Terram Tolosanam & Albigensem & Cadurcum & partes Narbonensem & Biterrensum & alias multas adjacentes sicut viri Catholici & fideles Christi, invaderent, & omnes hereticos, qui terras illas occupaverant, delerent, & si in via vel bellando contra illos morte intercipiuntur, idem Papa ex parte Dei & auctoritate Apostolorum Petri & Pauli & sua, ab omnibus peccatis iuventutis sua contritatis, de quibus confessi fuerint & penitentiam egerint, absolvit, narrante Rigordo de Gesi, Phil. Ang. f. 207. Nec his contentus missis Prædicatoribus ad omnes Regiones Occidentis, Principibus aliisque populis Christianis in suorum remissionem peccatorum injunxit, ut se cruce signarent ad hanc pestem (ita loquebantur Pontifex & Pontificii) extirpandam, atque tantis cladibus se opponentes viribus & Armis tuerentur populum Christianum. Addit eriam auctoritate Sedis Apostolice, ut quicunque ad expugnandum eos laborem sibi injunctum suscepimus, sicut illi qui sepulcrum Domini visitant, tam in rebus quam personis ab omni hostium incursione manerent secuti. Matth. Paris. p. 231. Ita nim pacem autore Christo qui prædicare alias jussi fuerant, his bellum & Arma nunc canendi officium injunctum, & Crux in infideles ac Saracenos olim prætextu falso assumta, novo & horrendo exemplo, crucifigendo verè in membris suis Christo jam adhiberi cœpit, uti eleganter loquitur Morneus Myster. Iniquit. f. 351. Zelo quoque contra hos majori, quam contra Saracenos agere visi sunt, crucem enim quam alias contra Saracenos in humeris hæc tenus gestaverant, nunc testandi

P

testandi



testandi ardoris sui causa in pectore gestare amarunt. Nihil horum diffitentur Scriptores Pontificii nostrorum ac praeteritorum temporum, inter quos *Mezereus Epit.*, *Hist. Franc.* P. I. Tom. II. f. 80s. cuncta ex affectato Pontificum in omnes Mundi partes Despotico Imperio, præcipue profecta fuisse, prolixè monet; quod suo loco relinquendum.

VI.

Sic itaque A. MCCIX. ad arma itum, & ex omnibus Galliarum partibus Cruce Signati Lugdunum confluxere, inde votivam expeditionem suam inchoaturi. Initium a Raymundo Tholosæ & S. EGIDI Comite faciendum videbatur, cuius in Tractibus illis prima autoritas, quemque Bulla Innocentii An. M CCLIX. singulariter notaverat, obtenuit cædis Monacho Petro Novocastrensi, uni è Prædicatoribus, illata, cunctosque sacramenta fidelitatis, necessitudinis, fœdere vel alio pacto ei devictos omni nexu exolverat, idque Apostolica Autoritate, quod fidem Deo non servanti, fides servanda non sit. Qui quidem VALENTIAM ad Legatum Pontificium Milionum profectus omnibus modis ab objecta cæde se purgare, obedientiam Sedis Romanæ promittere, penitentia loco quoque Fanu S. EGIDI ad sepulchrum interfæcti Monachi flagris cædi, Septem denique castella sua in Comitatu Venusino Legato tradere, modo dictioribus suis suorumve parceretur; Scd frustra omnia; Jubetur jurato promittere, se in omnibus Papæ & Ecclesiæ Romanæ obediturum, Albigenses perpetuo bello impugnatum, Ducem quoque Cruciatu exercitu ad BITERRARUM obsidionem jam tendenti futurum, quo molestissimo officio tamen, paucis diebus, post posita ad urbem castra, se extricuit, prætextu peregrinationis Romam facienda. BITERRÆ igitur urbs Rogerii Biterræ & Carcassonæ Comitis, Raimundi nepotis, prius imperium Cruciatorum experta, Comite frustra vim deprecante & se membrum Ecclesiæ Romanæ profidente, & illò juxta ac Episcopo loci, Pontificios Albigensibus mixtos esse, monente: Casique sine discrimine sexus, ætatis, fidei, Pontificii pariter ac Albigenses, ipsis quoque Religiosis haut exceptis.

Inventus

12

27

ceptis? Nulli sexui, vel etati parcitur, omnes à minimo usque ad maximum pariter trucidantur: Occisorum cadaveria coacervant & concremant, & devorante cuncta incendio, sit vastitas circumquaque & horribilis solitudo, inquit Rob. Altiss. Chronol. ad A. 1209. f. 103. b. Numerus cætorum LXM & amplius fertur suisse: Millia bis triplicata decem, ut Guil. Armor. Philipp. L. IIX. scribit. Cesarivs Heisterbachens. lib. V. c. 21. plus quam centum millia hominum. Autor tanta crudelitatis Arnoldus Abbas Cisterciensis, Narbonensis postea Archi-Episcopus, de quo idem Cesar. Heisterb. d. I. Cognoscentes ex confessionibus illorum Catholicos cum hereticis esse permixtos dixerunt Abbat: Quid faciemus Domine? Non possumus discernere inter bonos viros & malos. Timens tam Abbas quam reliqui, ntimore mortis Catholicos se simularent, & post illorum abscessum iterum ad perfidiam redirent, fertur dixisse: Cædite eos, novit enim Dominus, qui sunt ejus, sicut innumerabiles occisi sunt in Civitate illa.

VII.

Jamque eadem serie filum præsens continuandum estet, sed & paginarum angustia prohibet, & ab aliis id jam dudum accuratè præstitum; fatusque proinde fore duximus, si summa eorum ex diligentissimi Viri Joh. Pauli Perrini Historiâ Albigenium Gallicè scripta, secundum ordinem librorum & capitum ejus hic exhiberemus; Exponit nim. Lib. I. Cap. I. Albigenium à loco sic nominatorum, cæterum Doctrina cum Waldensibus eorundem, doctrinam & statum, incrementa ipsorum indeque ortum Pontificiorum in eos odium. Cap. II: Innocentii III. conatus emissis Prædicatoribus eos ad Romanam Ecclesiam reducendi, medioque tempore agitata Confilia, vi armata eos subjugandi. Cap. III: Negotia cum Raymundo Seniore Tolosa & S. Agidii Comite acta. Cap. IV: BITERRARUM infelicem casum, quæ omnia \$, præ plenius exhibita. Inde sequitur Capite V. CARCASSONÆ obsidio, arcis occupatio, urbis oppugnatio ab universo exercitu suscepta, hujusque profigatio: Frustranea Aragoniæ Regis pro Comite Biterrensi intercessio: Indignæ conditiones obfessis à Legato Pontificio propositæ, ut, quoconque sexu aut etate essent, nudi in castra venerirent & gratiam suam implorarent: Exhortatio Comitis Biterrensis

terrensis ad obcessos : Non religionem, sed regiones queri, Raimundo ejusque familie extorquendas : Comitis, utut Pontificii, contra datam fidem captivitas : Carcassonensem per meatum subterraneum in arcem Camaret, indeque ad alia loca digressio : Urbis incolis vacuae occupatio. Capite VI. Milonus Legatus Pontificis belli Ducem constituit Simonem Comitem Montfortium : Raymundus Comes à Pontifice absolvitur : Comes Biterrensis moritur non sine suspicione veneni : Donatio ditionum ejus Montforio facta, indignante Aragonia Rege investituramque ipsi denegante : Multi à Simone desciscunt ; unde ille novam Cruciatorum manum à Prälatis expetit. Cap. VII. Copiæ auxiliares Simoni A. MCCX. Duce conjugi sua, è Galliâ missa : Minerbi Occupatio, cuius CXL. incolæ in ignem conjecti, gratiæque ab his Deo pro obtenta martyri gloria actæ : Obficio Castrorum Termarum : Argumentum Monforii ad obsidentes quod triginta annorum spacio Missa nulla in eo audita fuerit : Clandestina ex eō fuga incolarum : Vauri, la Vaur, post sex mensium obsidionem expugnatio, crudelis cædes incolarum : Domina loci in puteum dejecta, lapidibusque obruta : Raymundus à Legato citatus comparere recusat : Felquetus Tholofanus Episcopus eum fraude circumvenit, effictique ut Castro NARBONENSI excidat : Miloni Legati obitus. Cap. IX. Successio Thedizei in locum Miloni : Processus contra Comitem Raymendum ejusque excommunicatio, ob Albigenes in ditionibus suis referentos : Duri Articuli eidem propositi. Thedizeus excommunicatum Raymundum violentâ manu adoritur : Raymundus relieto S. Egidii FANO & Arelate, Arles, cum Rege Aragonia aliò se confert : MONTISFERRATI, Montferraud, à Simone obficio, ejusque deditio à Balduino, Baudoin, Raymundi fratre facta : Alix arces Rayundi occupatae : Seductio Regis Aragonia in fœdus cum Simone Monfortio, sub spe nuptiarum filiæ Simonis cum filio Regis, Investituraque Simonis hinc fecuta. Cap. IX. Toulouse obficio, clades ingens exercitui Simonis illata, filiique ejus Amalrici captivitas : Auxilia Raymundo submissa : Solutio obficionis : Simon bello Comitem Fuxensem lacepsit, variaque ejus castella occupat, qui coram cum Legato sermocinatus ne-
quiç.

ebl197797

12

29

quicquam proficit : *Aragonie* Rex ægre fert, tot loca Comiti
prætextu religionis eripi, eoque ipsi ejusque filio animum ad-
dit : Filia naturalis Regis Aragonie cum *Raymundi* filio nu-
ptiæ, indeque nova propensio Regis in *Raimundi* causam, fin-
gente licet *Simone* : *Raimundi* & Comitis Fuxiensis fœdus con-
tra *Simonem*, frustrâ pro iis interposita intercessione. *Cap. X.*
Incrementa exercitus Albigenium, *Castelnaudareum* ab ambo-
bus aliisve Comitibus obsecum : *Simon* eo aliquamdi inclu-
sus tandem elabitur : Nova Bulla Papalis pro eo contra *Albi-*
genses emissa, cum spe statim in Paradisum evolandi, iis facta,
quotquot in bello ito morituri essent : *Fuxiensis* aciem cum
Simon tentare avet : Rex *Aragonie* pro *Tolosano*, *Fuxiensi* &
Commingo Comitibus intercedit, literasque pro iis ad *Vauensem*
Concilium mittit sed fine effectu eoque arma cum iis conjun-
git : *Simon* è contrario novam Cruciatam prædicari curat,
locaque nonnulla occupat, *Tudellum* in Albigesio, *FANUM*
S. ANTONII, *Marmandam* &c. *Cap. XI.* Expeditiones *Simonis*,
antequam *Aragonum* Rex militem legisset : *Aragonum* Rex cum
Simon viribus enervato, sese componere recusat. *Murenum* à
Rege *Aragonum* captum : Manus conserta : Rex *Aragonum* cæsus,
ejusque exercitus fugatus. *Cap. XII.* *Innocentius III.* P. M. novum
contra *Albigenes* Legatum *Bonaventuram* mittit. *Philippi Augusti* Gall.
Regis Filius *Ludovicus* Cruce se signat, *Tolosam* & *NARBONAM*
munitionibus nudat. *Lib. II.* *Cap. I.* Bellum redintegratum con-
tra Comitem *Fuxiensem* : *Aragonum* in *Simonis* Regiones excursus:
Simoni clades à *Fuxiensi* infligitur : *Simon* vocatur in Delphinatum :
Legatus *Berrandus Bonaventura* svadet *Fuxiensi* & *Tolosano* Comiti-
bus, ut Roman iter fusciant, qui literas Papales post varias de
Simone Monfortio querelas, in generalibus terminis ad Legatum
reportant, de restituendis sibi ditionibus suis, quibus tamen
ille neutiquam satisfecit, unde ab his ad arma redditum. *Cap. II.*
Raymundus, *Raymundi* filius *BELLOQUADRUM* occupat : *Epiforus*
Tolosanus Cives *Tolosanor* prodit, quos malè habet *Simon*, sed stre-
nuè se defendentes : Nova Cruciatam : *Raymundus* *Tolosam* re-
cipit : *Simon* advolat & post confictus varios, iectu lapidis à fœ-
mina projecti tq. *Abimelech* alter trucidatur, exercitu ejus fulo.
Cap. III.

Cap. III. Raymundus loca omnia sibi à *Simone* erupta recipit: Fuxiensis *Mireposium* recuperat, *Commingus* verò terras à *Jorijo* quodam haec tenus detentas: Casus prope *Laurangus* Albigenibus perfelix: Cruciorum minor effectus cæso *Simone*, Princeps Regius capit Marmandam & in Franciam, Tolosa ad dedicationem adaëcta, revertitur. *Cap. IV.* Mutata rerum facies per mortem Pontif. Innocentii, mutationem Legati, mortem *Raimundi* Comitis Tolosani, *Raimundi* Comitis Fuxiensis, hujusque matris, ac denique *S. Dominici*. *Cap. V.* *Amalricus Monfortius*, Simonis filius, Regi *Ludovico IIX.* terras in Albigeois acquisitas tradit, à quô proinde causa contra Albigenes suscipitur. *Aeneo* obsidetur. Rex *Ludovicus* Gubernatorem constituit in *Languedocia*, sed in itinere moritur, succedente filio *Ludovico IX.* sub tutela matris adolescenti. Nova Cruciata contra Albigenes emissio: *Tolosa* obsidione cingitur: Colloquium cum *Raimundo Jumore*, de Pacis negotio cum Regia Matre tractando, hujusque contra datam fidem detentio: Deprecatio nudis pedibus soloque induvio amicti publicè ab eō extorta. *Cap. VI.* Articuli à Legato Pontificio & Regina Regente *Raimundo* obtrusi. *Cap. VII.* Multa in Albigenes decretæ: Raimundus Comes ad fancienda contra Albigenes Statuta adaëcta: S. Scripturæ lectio Albigenibus Concilio Tholosano interdicta: Alix Sanctiones adverbi eos: *Raymundi* detentio, donec pecunia Articulis superioribus promissa soluta esset: Ejus filia obses *Lutetiam* abducta. *Cap. VIII.* Fuxiensis Comes à *Raimundo* Tolosano moneatur, ut Pontifici obtemperet, variis artibus ad eum ab Albigenibus avertendum uititur, totumq; se Legati arbitrio permittit. *Cap. IX.* Ultimum Bellum à *Trancavello*, Biterrensis Comitis notho, gestum: Ejus progressus: Crucata Ultima, Bellumq; mediante Comite Fuxensi finitum, promittente *Trancavello* se, nec contra Legatum Pontificis, nec contra Romanam Ecclesiam amplius Arma gesturum. Similia pluribus legenda ap. *Jac. Usser.* incomparabili scripto de *Christi, Eccles., Success., & Statu* c. X. §. 23. sq.

Talis

Talis itaque Status Ecclesiae Evangelicæ illorum tempore
rum, tantæque molis illius expugnatio extitit, ut vix intra LXX.
Antior. spatium finem dinoscatur habuisse, ut Bertrandus testatur, de
Gest. Tholosi ap. Usser. c. X. §. 64. Exitusque is tandem fuit,
ut, ajente Magno Thuanio Pref. in Hist. sui Temp. prius est, fugati,
bonis ac dignitatibus ubique spoliati atque buc illuc diffusi sunt, quam
erroris convicti respuerint: Providentia Divina sapientissime dis-
ponente, ut, qui haec tenus unō ferè loco constiterant, jam
per plures Europæ Regiones dispersi quidem veluti in totidem
deserta fuerint; at non eō minus doctrinam suam retinuer-
int, & quod palam per vim maiorem non licebat, eam clan-
culum animis Incolarum illorum locorum instillarint & ad
posteros propagarint: Qui ARMIS s̄ initio tutati fuerunt, postre-
mo armis vici in Provinciam, & Gallie ditionis Alpes vicinas con-
fugerunt, Latebrasque vite & doctrina sua iis in locis repererunt: Pars in
Calabriam concepsit: Pars in Germaniam transiit, atque apud Böemos,
in Polonia & Livoniâ larem fixit: Alii ad Occidentem versi in Britan-
nia perfugium habuerunt. Thuan. d. l. Sic veteres Christiani tri-
bus primis Seculis persecutionibus Gentilium presi, non eō
minus omnia Romanorum impleverunt, Urbes, Insulas, Castel-
la, municipia, Conciabula, Castra ipsa, Tribus, Decurias, Palastrum,
Senatum, Forum, ut Terullianus loquitur. Et Ecclesia Judaica
vetus, cum per Captivitatem Babyloniam propè ab exitio vi-
deretur abesse, hoc ipso incrementa majora cepit, Verbo
Divino, quod haec tenus angustis Judæa limitibus circumscri-
ptum fuerat, per dispersionem ejus longè lateque per Asiam
& Africam disseminato.

IX.

Antequam pedem promoveamus, non ingratum fore B.
L. rati sumus, si paucis verbis in Apocalypses c. XIII. excu-
serimus, cunctaq; contenta ejus, illis, de quibus haec tenus a-
Etum est, h. gestis Seculi XIII. congruere dixerimus. Ecce enim
1. Bestiam à Mari ascendentem, quā Anti Christum denotari, ne-
Pontificii quidem Bellarminus, Ribera, aliive negant; Pontificem M.
verò, vel quod perinde est, Pontificiam Potestatem utriuscq; Religio-

figionis Evangelicæ Doctores. 2. Et eam quidem *Septicipitem*,
 à Sede Pontificiâ; Romam enim pasim septicollèm prædicant.
 3. *Cornua*, *Cornedj* iis imposta nos haut morabuntur; Videmus
 enim ab aliis etiam Interpretibus robur hujus Sedis, vel potius
 Mundi Proceres ei deditos ejusque veluti Vasallos per *Cornua*,
 per *Diadema* verò Facultatem conferendi Regna & Principatus
 intelligi: Vel quod liquidius, Potestatem temporalem inter
 tot Principes divisam, à potestate Papali dependentem,
 sicut *Cornua* basin suam in capite habent: Pontifices verò
 illo Seculo supereminente quandam potestatem in om-
 nia Regna temporalia fibi asseruisse, ex Actis istorum,
 temporum notissimum est. 4. De figura hujus bestiæ
 virtuteque, Throno, & potestate magna à Dracone illi concessa,
 iridem nihil attinet dicere, nec repugnamus iis, quæ Com-
 mentatores Pareus, Junius, & alii hanc in rem scripsere. At
 5. *Unum ex capitibus ejus quasi lethali cœsum* apparuit, v. 3.
 A Doctrina nim. Veterum illorum Evangelicorum, longe
 lateque isto tempore extensa, quæque toti Statui Pontificio
 interitum minitari videbatur. Posset etiam de accerrimis con-
 troversiis ab Imperatoribus Romano-Germanicis, Henricis ac
 Fridericis, cum Sede Romana agitatis accipi, quippe quæ iti-
 dem quæstæ illi potestati in Imperium Romanum aliasve
 Reges exitium allatæ fuissent, si in Causa sua justa Imperato-
 res prevalere potuissent. 6. *Sed ipsius plaga lethalis curata est*;
 Conváluit enim Doctrina Sedis Romana, tot copiis contra-
 dissidentes eductis; Nec contra potestatem Pontificiam post
 Friderici II. Imperatoris tempora, quicquam amplius tentatum,
 nisi quæ Ludovicus Bavarus movit, Carolo IV. successore ejus è
 contrario abjecto obsequio Pontifici se submitente. 7. Men-
 ses XLII. v. 5. spatium 1260. dierum, adeoque totidem annorum,
 in se continent, patentibus itidem Interpp.; Qui numerus
 maximè Seculo XIII. congruit, tanquam termino à quod, s. ini-
 tio, quæ Sedes Romana cepit ποιητας πόλεμον μετα των άγιων
 την ριχται αυτές, h. bellum facere cum Sanctis & vincere eos. Id-
 que tanto evidenter erit, si in verbis, ἐδοθη αὐτῷ ἐξοτια
 πόλεμον ποιητας μῆνα τεσσαράκοντα δύο, bellum facere Menes 42,

non



non insolita apud Græcos construendi ratione, subaudiatur
 Præpositio *xatō*, vel similis. *V. Poffel. Syntax. de Construet. Verb.*
cum Accus. Quia interpretatione stante etiam haut opus erit
 laboriose inquirere, quamdiu potestas illa duratura, & quando
 desituta sit; Satis enim est, initium s. terminum à quo in-
 dicatum esse, & quidem secundum Æram Vulgarem in Ec-
 clesia receptam, termino ad quem s. fine Divina Providentia
 relicto. 8. *Cum Sanctis vero bella fecit eos, vicit, quæ ipsa illa Bella*
cum Albigenibus & Waldensibus fuere, de quibus haec tenus egi-
mus. 9. Atque ex eo data est illi potestas in omnem & populum & lin-
giam & gentem, v. 7. Ideo Innocentius III. de se ipso: *Secundum plen-*
tudinem potestatis de jure possumus super Jus diffensare, C. Proposuit X. de
Concess. Preb. Et post eum Bonifacius IX. Porro subesse Romano
Pontifici, omni humanae Creature declaramus, dicimus, definitus &
pronunciamus, omnino esse de necessitate salutis. C. Unam Sanctam
Ecclesiam. X. de Majoritate & Obed. 10. *Et adoraverunt eam omnes,*
qui inhabitabant terram; Nemo enim post devictos Albigenenses,
 adversus Sedem Romanam amplius ausus fuit histere. 11. *A-*
scendit vero & alia Bestia de terra, v. 11. Officium nempe *Inquisi-*
tionis eodem tempore natum. 12. *Et illa quidem habent duo*
cornua similia agni, Dominicanos nim. & Franciscanos, qui eo-
 dent tempore orti & *Specie agnina h. simplicitatis & sanctitatis*
 obtenuit, prædicationem Crucis adversus Albigenenses, Offici-
 umque Inquisitionis demandatum suscepere. *V. Francisc. Pe-*
gna in Direct. Inquis. & Bull. Alexandri IV. ap. Usser. c. IX. §. 31.
Quos proinde, & Dominicanos quidem Primanos in bello mi-
litiae, Franciscanos vero secundos ipse Franciscanus Henr. Se-
 dulius vocat *Comm. ad Vit. S. Franc.* c. III. Consentit Greiser. Proleg.
in Script. AntiWald. c. V. Nec dubito, inquit, clarissimos illos Ordines
D. Francisci & D. Dominici, singulari Dei providentia oppositos fuisse
eum aliis, tum principiè Waldensium Sc̄tis, in quibus resuandis, op-
pugnandis & extirpandis duo illa Christianæ Ecclesiæ lumina, tam per se,
quam per posteros suos preclararā operā posuerūnt, ap. Usser. d. I.
 13. *Et loquebatur sicut Draco, violenta np. consilia, passim homi-*
nibus ad hæc usq; tempora inculcata. 14. *Et fecit terram, & ha-*
bitantēs in ea, adorare bestiam primam, cuius curata plaga moris. Is
 enim

enim finis Inquisitionis, ut Autoritas Pontificia conservetur, hominesque in ea recipienda confirmantur. 15. Et faciet, ut, quicunque non adoraverint imaginem bestie, occidatur. Effectus iste Inquisitionis notissimus; Unde & horrendæ illæ persecutions, à placitis Ecclesiæ Romanæ dissidentibus intentatae. 16. Editque signa magna, adeò ut etiam faciat ignem descendere in terram in confetti hominum, v. 13. Varia nim. illa passimque prædicta S. Francisci aliorumve miracula, illorum, secutorumque temporum, sed non verè edita, verum, ut hodieque fit, vulgo credita, hominibus quidem spectantibus & admirantibus, sed ob meliorum ignorantiam, non quod re ipsa se ita habent. V. Liber Conformatiarum S. Francisci ad illa præcipue tempora spectans. 17. Et faciet omnes, pusillos & magnos, divites & pauperes, liberos & servos habere Characterem in dextra manu sua, aut in frontibus suis, h. receptâ in sacris phraſi, jugem servare reverentiam erga Sedem ac Doctrinam Romanam. Videantur similes loquendi modi de exitu ex Ægypto Ex. XIII. 9. & de Præceptis Divinis Deut. VI. 8. Præcepta nim. erunt in manu tua ut compleantur, & ante oculos tuos, ut die & nocte mediteris in illis. V. Corn. à Lap. in Ex. XIII. & alii Comment. Pontifici & Evangel. Si quis etiam ad literam intellexerit & de Aquâ Lustrali mana dextra fronti applicata, utpote universali Signo in ingressu Ecclesiæ Doctrinam Romanam profitentium, ei non repugnabimus. Accedit Hostes Waldensium, ut sup. §. V. vidi mus, Signum Crucis, tq. singularem & apertam notam obedientia erga Sedem Romanam vestibus ad pectus affuisse, eoque Charactere, Doctrinam Pontificis se lectari, profiteri voluisse. Unde & transeunte ad eam Raymundo, jam vieto, solenni Statuto inter alia decretum: Ut, etiam si de Reconciliatione confiterit, nisi Crucis assumferint, aut autoritate propria depositerint, aut cum exterius super vestes, extraque partem pectoris anterius prominentes portari debeant, eas celare infra vestes deprehensi fuerint, simili pena puniantur. 18. Nullus etiam potuit emere, nisi qui haberet Characterem aut Nomen Bestie: Cæteris quippe omni jure Societatis humanæ exclusis, quorum & Domos dirui jusfit Conciliam Tolosanum c. V. Illam autem domum, in qua fuerit inventus
bare.

12

❀ (35) ❀

hereticus, diruendam decernimus: & locus ipse sive fundus confiscetur, & Concil. Biterrense c. 35. Domos etiam, in quibus inventi fuerint heretici, vivi vel mortui, vestiti vel damnati, scientibus & consentientibus dominis domorum, existentibus legitima etatis, dirui faciat, & bona omnia ibidem tunc habitantium confiscari, nisi suam innocentiam & justam ignorantiam probare portuerint manifeste. 19. Sed quid de Numero 666. Dicitur enim Numerus hominis esse? Nec hic magna difficultas, cum vox LVDoVICVs eum contineat, & Ludovicos duos IX. & IX. illum Sanctum, sed in quod scintillæ tantum intellectus micuere, ajente Serrano, singulares Militia contra Albigenses Patronos se præbuisse conset.

Quæ omnia nemini quidem obtrusa cupimus, quia tam viros doctissimos in explicatione & hujus, & aliorum Capitum Apocalypses variè occupari, sententiisque divertere cernimus, credidimus & nobis licuisse cogitata hæc ut pote citra ullam vim Sacro textui illatam, sponte fluentia aperire, benigneque bonorum omnium judicio submittere. Si quis etiam alias Vir bonus, haec tenus nobis ignotus, similia alicubi protulerit, ea præsentibus nos approbare, testatum facimus.

X.

Ad propositum verò ut revertamur, latuerunt postea, velut in deserto veræ illi Ecclesiæ Filii, donec renascente passim Seculo XVI. per Europam Evangelio, hi quoque exemplo aliorum populorum custoditan haçtenus à se veterem Doctrinam Christianam apertius profitandam censerent. Sed recrudiisse simul vetus Consilium, vi armata totos cætus ab Ecclesiâ Romanâ dissidentium tollendi, exemplo MERINDOLENSIUM & CAPRARIENSIMUM, Cabriæ, illo Provincie, hoc Comitatûs Venuſini oppido A. M DXL. constituit, qui cum jam à Waldensum temporibus, fatente Thuan. Lib. XXXV. f. 720. à Romano Pontifice defecissent, jamque eadem libertate profitendi sacra sua ute-rentur, & eà de causâ à Senatu Aquensi, Aix, instante Procuratore Regio in jus vocati, sed vel metu periculi, vel amicorum monitis deterriti non comparuissent, post trinam citationem, uti fieri solet, in eos tanquam contumaces, horrida hæc, atque,

que, ut ipse fatetur Thuan. Lib. VI. ad an. 1550. f. 126. b. supra-
 modum atrox sententia, Præside Senatus Barhol. Chaffaneo, JCto
 magni nominis, XIV. Kal. Decembr. 1540. lata fuit: *U*nus omnes pa-
 tres fam. comburerentur: *B*ona eorum, conjuges, liberi, cum reliqua fa-
 milia sifco cederent: *I*psum Merindoli, *c*eu speluncæ & fenzina Se-
 ëlariorum, edificia omnia diruerentur, antris, fornicibus, cavernis, ipsis
 deniq. Sylvis ac arboribus hortorum evulsis planè ad disjecta. Diceret
 renovatum Legati Pontificii in Biterrænses Decretum, exitus ta-
 men à fato illorum paulo alius secutus fuit. Cum enim
 executionem hujus sententia plerique differendam potius,
 quam accelerandam, alii è contrario (urgentibus Aquensi &
 Arelatensi, Arles, Episcopis, & belli sumtus, tam suo, quam
 reliquorum Ecclesiasticorum nomine, offerentibus) suscipien-
 dam esse censerent, occasio propè ridicula, sed personæ ac-
 commodata, toti negotio remoram injectit. Erat enim Aquis
 Sextiis Alenii quidam, ex Arelatensi nobilitate, vir probus, &
 literis non mediocriter tinctus, Chaffaneo perfamiliaris: *H*ic
 judicii iniquitatem ægre ferens, & summoperè illud differri
 cupiens, eum in privato colloquio apposite monet, *quod oīm*
in minoribus constitutus subsellii, Murium, ob illata segēti damnā in-
jus vocatorum, patrocinium suscipere non detrectasset, quod cum iī haut
ordine fuissest actum. V. Chaffan. Consil. I. P. V. n. 124. sqq. *Iniquum*
igitur esse, eum, qui in murium causa ordinem judiciorum servandum
dixisset, ibi de vita & salute hominum ageretur, pervertere ordinem
velle, adeoq. homines ipsis muribus viliores existimare. Qua oratio-
 ne effectum, ut ab executione absisteret Chaffaneus, militibus,
 qui jam magno numero convernatur, dimissus. Ac durius
 quidem postea ab hujus successore Oppeda, Jean Meynier Baron
 d'Oppeda, homine vehementer, in eos consultum, sive quod Ca-
 prariensem sibi vicinorum bona, suis modo adjicere vellet,
 sive iisdem ideo infestus, quod Conductor cuiusdam prædi-
 sui, non solutâ sibi mercede, in eorum oppidum configisset,
 adeoque se opportunam ultionis exercenda occasionem na-
 etum crederet. Mezeray. P II. T. IV. f. 152. Quippe qui limites Re-
 gii mandati longe egressus, sententiam in 17. tantum personas
 latam, licentiole in 800. extendit, Regiaque Autoritate nim-
 um quan-

12

um quantum, notante *Serrano Inv. Hist. Franc.* A. 1548. f. 500. B. M.
 abusus, cruentam miserorum hominum stragem edidit, exce-
 ptis iis, quibus rupes inaccessa præsidium contra ejus furorem
 præstiterant. Territus tamen paulo post, ne ob factum adeò te-
 miceret & nefariè patratum, sibi quoq; capitis periculum immineret,
 singulari Diplomatici Regio XV. Kal. VIIbr. 1545. sibi cavit, quo
 facinus illud videbatur comprobari, suggestere potissimum
Cardinale Turonio. Sed & hunc postea ejus rei penituit, &
 Rex inter novissima mandata qua Henrico II. filio dedit, hoc
 etiam addidit, ut Caprariensium & Merindolanorum *causam*
 ritè cognosci juberer. Qui etiam rem, primum in *Magno*, uti vo-
 cant, *Conflio* ventilari curavit. *Oppeda*, aliisque stragis hujus
 Autoribus citatis, ac postea ad le revocatam, ad *Magnam*,
 denique *Senatus Parisiensis Classem*, la Grande Chambre du Parle-
 ment de Paris, transmisit; Exitu tamen, postquam utrinq; ma-
 gnâ contentione per 50. dies, *Audiencias*, actum fuisset, spei con-
 cepta non respondentे, & solo *Guil. Gerino*. Advocato, quod Au-
 licorum favore destitueretur, pro reliquis capitis pœnas Parisis
 luente; Cujus imaginem lineis sanguineis ductam in palma
 uxoris, quæ *Aquis Sextis* degebat, à pluribus, eodem die, non
 sine admiratione visam, Historici passim tradunt. *Mezer. d. l.*
 Reliqui autem, iisque multò nocentiores crudelissimi hujus
 facinoris coryphæ, illo quidem tempore supplicio capitis per
 fugam vel Aulicorum favorem exempti, Divinam tamen Neme-
 sin effugere non potuerunt; *Johannes enim Romanus Monachus*,
 qui excogitato novo tormenti genere, miseros homines, o-
 creas sebo bulliente repletas, induere jussérat, ridensque ad-
 motis calcaribus: *Ecquid belle instructi essent, ut peregre proficie-
 renur?* rogare consueverat, supplicium sibi intentatum fuga
 declinans, & Avenione ab hominibus, ut sibi videbatur, fa-
 tis securus omni à domesticis peculio spoliatus, & ad extre-
 mam redactus inopiam, scatentis fœdis ulceribus corpore
 mortem crebrius optatam, sero tandem post immensos dolores
 fuit expertus. *Oppeda* ipse quoque in Foro soli absolutus,
 non multò post ad supremum vocatus Tribunal, crudelem ani-
 mam inter favos intestinorum cruciatus exhalavit, meritam-

que pénam ab humanis Judicibus non exactam , serius, sed
eò graviorem Deo pependit. Quia omnia licet Maimbourg.
Hist. Calv. Lib. II. A. 1547. f. 93. more solito, vel ceu dubia
admodum proponat, vel planè neget, vel excusare quodam-
modo studeat, assertiones tamen ejus nulli solidio fundamen-
to superstructæ, suaptè facile corrunt, gravissimis Historicis
Thuanio & Dupleixio rei veritatem nequaquam disimulantibus.

XI.

Secutis temporibus Bella iisdem in locis Religionis causa
continuata, ac subinde facta quidem pace intermissa, sed
mox, eadem non servatâ, repetita. Nec enim unquam cre-
brioribus actibus approbatum est vetus illud: *Francis solenne
esse, ridendo fidem fallere.* Videnda, quæ de BELLOQUADRI OCCU-
patione, præsidio *Agaræ* imposito, isthucque ad *Jac. Crussolium*
Baudinaum, Septimaniam Præsidem à Protestantibus delectum,,
confluentibus ex CEBENNIS, VIVARIENSI *Agro*, NEMAUSO,
UTICA, & LUNELLO copiis: Ejusdem , indeque FLORACI &
MONSPELIUS obfidgeone frustra ab hostibus tentata, clade ingenti
ad FANUM Ægidij iisdem illata, MAGELONA capta, PUSINI de-
ditione, &c. *Thuanus* narrat ad A. D. XII. Lib. XXXI. Rursus de-
NONNÆI s. Ammoniaci à Pontificiis oppugnatione, & post factam
sib honestis conditionibus ditionem, summâ in Protestan-
tes Crudelitate, novo datâ, at non servata fidei, exemplo.
De QVÆSACI denique & MIMATIS *Mende* in Gabalitanâ Regio-
ne occupatione *Serran.* f. 595. 596. Donec Pace fecuta d. XIII.
Mar. 1563. non Religionis modo exercitium in omnibus locis,
Parisiensi Praefectura & ViceComitatu exceptis , concessum,
sed quisque etiam pristinis honoribus ac bonis fuit restitutus:
Quæ ipsa tamen, eodem securisque annis, tum in his, tum in
aliis Provinciis variè luxata, versa & inversa : Legendus de
occupatione NEMAUSSI, MONSPELIU, arciumque adfistarum A.
D L X V I I . *Thuan.* Lib. XL. f. 839. De consiliis præterea pacis
denudò facienda , auditisque inter hæc negotia ap. Reginam
Catharinam vocibus : *Nibil metu, exiliis, multis, suppliciis haæ-
niis profectum contra Protestantes, quos morte ipsa crevisse constet: Con-
dam ac faderatos tutela sua necessitate adductos Arma sumisse, alias
enim,*

enim, permisæ adversariis in ipso impune graffandi licentia, futurum, ut regnum peccatum iret: Nunquam de Conjuratione in Regem aut suos cogitasse, & malle se milles mori, quam ut quicquam tale in animum inducerent, &c. Idem f. 841. 842. De Pace interim A. LXIIX. conclusa, sed mox rupta, querelisque Pontificiorum de retentis à Protestantibus oppidis in Cadurcis, Ruthenis, & VIVARIENSI PAGO; At longe majoribus Protestantium, de fide non tantum non servata, sed & passim sparsa doctrinæ: Pacem cum Sectarius non fieri debere, nec posse: Fide iis datâ neminem obligari: Rem pianam & salutarem esse, violentas in eos manus injicere: Christianos omnes adversus peccatum eam armari debere: Factiosorum ubique audiri minas: Tres mensæ, nec amplius, ad vivendum Protestantibus supereffe, dum messis & vindemia tempus præterierit, quibus transactis fore, ut ad internecionem deleantur: Nec verò Regem, et si velit, ea consilia impedire posse, aut si velit, alium se Regem facturos, ipsò in Monasterium deruissò: Pontificem LM, aurorum anni redditus ex patrimonio sacro destinasse, ut bello Sectariorum illato illi aut plane decerpatur, aut ad Ecclesie Romanae obedientiam reducerentur. Idem L. XLII. f. 878. Quæ inter & memorabilis A. LXIX. NEMAUSI interceptio à Protestantibus facta, quos, cum magno numero isthinc essent, San Andream urbis præfectus partim exegerat, partim in dignitatibus ac fortunis male habuerat; Lignario a. fabro, quem Serranus militem gregarium vocat, non sine vita periculo, per aliquot noctes, Canalis cuiusdam, per quem aqua in urbem derivabatur, cancellos ferreos, furdâ limâ, secante, per apertum canalem ingressi, portarum excubias trucidarunt, suos foris expectantes in urbem intromiserunt, atque urbem ex voto sibi subjecerunt. Maimbourg. Hist. Calv. Lib. VI. f. 451. & prolixè Thuan. Lib. XLV. f. 929.

XII.

Successit fœda illa tempestas, quæ A. M. DLXXII. festo S. Bartholomei, proximisque diebus, Protestantibus incubuit, extintis præcipue Parisis, indeque Meldis, Aurelia, Andegavi, Avarici Biturgum, Lugduni, Rorhomagi, Tolose, aliisque locis XXXM. circiter ex eorum numero, spe quidem universos delendi, sed detestantibus ipsis prudentioribus Pontificiis, & nul-

lum similis fævitiae exemplum in totâ Antiquitate , evolutis
 Gentium Annalibus , inveniri , agnoscentibus ; Nec eventu
 etiam respondente ; Præter Rupellam enim & Montalbanum , Mi-
 lialdum , Nemausus , Privatum , Anduza in Vivariensi Agro , &
 in CEBENNIS Castella Pusinum , ALBENACUM , VILLANOVA ,
 MIRABELLUM non paucis per fugium , ibidemque vires recol-
 ligendi occasionem præbuere , nonnullis quidem disputanti-
 bus : Sine Principum aut Magistratus autoritate Arma sumere , vel ,
 si Rex injuriosus sit , vim opponere , subiectis ius non esse : Coligunt &
 socios ob coniurationem & armorum renovata consilia Regis iussu oppres-
 sors , idque ad pacandum Regnum extrema necessitate adauctum Regem
 fecisse : Et quamvis eâ re modum excesserit , non tamen fas esse subje-
 ctio adversus Regem insurgere , aut delictorum rationes & penas ab eo
 exposcere , cum a Deo populis impositus sit , eique soli ad administratio-
 nis rationes reddendas teneatur . At alii excipientibus : Deum hanc
 dubie in causa sua prestito futurum : Quid si ad Arma deveniendu-
 m sit , nihil morte acerbius posse contingere , qua tolerabilius gladios strin-
 gentibus sit futura , quam si inermes se prædonibus dodant , à quibus
 non aliam , quam qui Lutetia , Castris , Tolose nuper immaniter truci-
 dati sint , expectare gratiam possint . Oprabilius esse , mortem ab hoste
 in prælio , vel pro manib[us] fortiter pugnando oppetere , quam latronis
 vel carnificis manu mactari . Neque vel divino vel humano
 jure injusta esse Arma , pro justa defensione non ad vim
 inferandam , sed injuriarum propulsandam sumta : Nec
 Bellum adversus Regem , sed impios ejus Consiliarios gerit , qui Regia Au-
 toritate ad cades & rapinas abutantur . Non desperandum , si in ma-
 nifesta Causæ Justitia , & vera peccatorum confessione , in DEU M
 spes suas conjecterim , quin DEUS ipsorum aliquando misereatur , & in-
 sperata via expedienda salutis rationem aliquam eis commonet . Unde
 Sancerra & Rupella obsidione à Regis tentata , NEMAUSUS ad
 recipiendum præfidium a Guil. Iousa , Joyense , Regia Militia
 Ductore frustra solicitata , incolis causantibus : Ni[st]i sibi de vi-
 ra , fortuis , & quod pluris sit , publica Conscientiarum & Religionis
 libertate , idonee primum caveatur , non posse assensum probere ; terri-
 tos quippe Parisiensi aliarumve Urbium lamienâ , ne , imposito sibi , quod
 deterrerent , jugo , paribus , cum religionis sociis , cædibus ac suppliciis de-
 leantur :

leantur: Non cō minus sē Regi, ubi tam presentis periculi metus tracta
temporis ex animis sensim exoleverit, & in hac re, & in aliis, debitum
deinceps obsequium præstituros. Quorum exemplum fecuti VIVAN-
RIENSES, & alia in CEBENNIS oppida. *Belleforest. Chron. Franc.*
A. 1560. f. 641. b. E quibus tamen VILLANOVA à Logerio, nobili
Regiarum partium, præsidium impositum: ALBENACENSES
verò, & PRIVATIENSES eam necessitatē numeratā pecunia re-
demerunt: SUMERIA quoque post quadrimestrem oppugna-
tionem à Regiis occupata, Protestantibus opera precium se-
fecisse existimantibus, quod primos Regiorum impetus in ignobilis
buīus oppidi obsidione fregissent: At è contrario MIRABELLUM ab
iisdem occupatum: VILLANOVA recepta: CHELARUM quoque,
ars munitissima in VIVARIENSI Pago cum adjacente oppido ca-
pta, præfecto Arcis Motha, qui forte tunc aberat, auditō nunciō
dejerante: Aut per terram subitus in Arcem penetrasse, aut per aërem
involasse. Quæ omnia pluribus leg. ap. Thuan. Lib. LIII. f. 1078. & sq.
& Lib. V. f. 114. 115. Ubi etiam quæ in VELAUNIA, FANO VITI,
aliisque locis contigere. De Sancerre denique, ac præcipue
Rupelle obsidione, quarum prior, extrema fame, quæ jam plus D.
absumferat, potius perire, quam Grassatorum arbitrio se permit-
tere statuit; posterior Regni totius impetum, in se concitatum,
per multos menses sustinuit, & ad extremum fregit, prolixè Lib.
LVII. Iisdem etiam, cum NEMAUSENSIBUS, & Montalbanensibus,
quies & libera professio Religionis permissa, sed reliquis que-
rentibus: Editio post obsidionem Rupellanam facta, ne millesima qui-
dem Protestantum, per universam Regnum sparsorum, parti con-
fultum esse. Id. Lib. LVII. f. 158. Unde iterum infidæ NE-
MAUSO struxerat, aliaq; vicina loca ab iisdem petita, Protestantis
è contrario ea defendantibus, & auxiliorum externorum
spe, omnes pacis conditiones, ut infidiosas respuentibus. ib. f. 116.
Post à Santomario, Fani Laurentii præfecto VESSALIUM, quod
à Protestantibus, inter Privatum & Albenacum tenebatur, inter-
ceptum, sed ab his nulla interposita mora repetitum: Non-
NEMUM quoque, Regiis ejectis, valido præsidio firmatum.

XII.

Sub Henrico III, eadem necessitas Arma gerendi continua-

F

ta,

ta, prudentioribus quidem Regi in ipso aditu pacem suadentibus : Integra ipsi esse omnia : Protestantes nulli lesione , nullá privatá offensione , aut injuria intercedente , sensisse ejus in Bello clameriantur , pacemque si cum ipsis faciat solidam , ipsi tanti beneficij gratiam desituros , prateritorum invidia in eos , qui vixissent , reuelat : Providendum ipsis ne in limine qs. adeundi patri regni offendat , neve superiorum temporum errorem non solum non emendasse , sed alio longe perniciose cumulasse videatur : Protestantes nihil ab inicio periisse , quam ut conscientiarum libertati prospiceretur , idque Editio Januarii primo factum , sed mox eó violatō , cruentissimum bellum , ac funestissimum , non solum in totâ Galliâ , sed in omnibus ejus angulis , & dominibus singulis exarserisse , sublatis tandem pacis impedimentis , alterius Editi gratia factâ compositum . A quo tempore , cum Gallia per quadriennium quiesceret , rursus exortis suspicionibus & injecto liberis mentibus dura servitutis metu , ad Arma concyclatum esse , initio à Protestantibus , ut periculo præverterent , factâ , & irritato ob id Rege . Itaque illud paulo post compositum , exacerbatis odiis recruduisse ; Sed & huius belli exitum fuisse talēm , ut Regem victoriarum quoque ad extremum paenituerit . Tandem tertio Editio pacem sanctam , additis qs. pro vinculo Margarita Sororis Regie cum Henrico Navarrae nuptiis : Incidisse tamen ejusmodi tempora , quorum vel nulla , vel sobrie mentio facienda , cum ex eorum memoria à Protestantibus pro bello argumenta ducantur . Parisiensis tumultu , cum debellatum , & sublati Protestantium Ducibus , nullos roto Regno , qui bellum renovarent , superesse credetur , unius tamquam atque alterius urbis diurna ac damno obsidione precipitem ruentis fortuna imperium sufflaminatum qs. fuisse , & ex eorum cineribus homines novos inopinatō exortos , qui non tam virium , quam necessitatis ratione habita , contempto periculo ex desperatione confilium cepissent , repleroque subitis motibus regno , sociis horrenda illa strage absuntis eō essent formidabiliores , quod preter conscientiarum libertatem , ob injuriarum sensum & recens fractæ fidei exemplum , amplius securitati sue caveri cuperent ; quidque illi possum , collectis ex ingenti pavori animis , rerum peritis affimandum relinquī . At pro bello allegatum : Pace cum Seltariis factâ , iisque , que solenē Edictorum clausula sit , fidis subditis pronunciatis , Bellum

Deo



Deo indici, cuius causam illi impugnent: Prostigatis jam magna ex parte dissidentibus, Regis esse, tam felici successui, & Numinis injuriam suam ulcentis favori inflare: Tumultus Pariseris odium, cum iis, qui jam deceperint, sepeliendum; Dum victorie decus, & damno diuturnique belli virtute Regis consecuti lucrum, penes ipsum sit; præclaram hanc occasionem à Deo oblatam, sine ingratitudinis notâ pretermitti non posse: Majestatem Regiam per ignava consilia evilescere: Neque Regis, aut publicam salutem sine Protestantium internecione expediri posse. Quæ sententia etiam prævaluit, magno Regis errore, uti à Monlucio Protestantibus alias infensissimo, in Commentariis suis annotatum scribunt Thuan. Lib. LIX. f. 26. Serran. f. 638. Pro eo enim, ait, ut omnium præteriorum, quod facere poterat, oblitus, pacem regno inferret, ad Bellum applicuit animum, perfidias etiam, quod peius erat, omnia ipsi quam primum cum copiis venisset, cefura. Sed è contra vel contemptissima restiterunt loca, nec vel optimæ ejus acquistio vel victoria, effusum suorum sanguinem, vel consumptam etiam, quod minus erat, pecuniam, compensare potuit. Statui tamen Protestantium alia facies inducta Henrico Monmorancio Anvillano, Septimanis hucusque Pro-Rege, sed munere hoc à Regina exutò, in partes ipsorum, utut ipso Pontificio, cum sociis transente, iisdem Conventu MILIALDensi, ab Ecclesiarum Septimaniæ, Aquitanæ, & Delphinatus delegatis, receptis, adeoque fundamentis Unionis inter Catholicos, qui Politici dicti sunt, & Protestantes ineundæ jactis. Thuan. Lib. LIX. f. 6. Scriptum interim ex eodem Conventu Protestantionis instar emissum, quô invidiam rebellionis ac seditionis amoliri cupientes, in hoc sumta Arma dicebant, ut Conscientiarum Libertati vitæ ac fortunarum securitati prospicerent, primò quoque deponenda, si pæce, Comitiis Regiâ autoritate convocatis, sanctiæ, quietis perturbatores castigarentur, & que prævè inter privatos in jure dicundo vel civili administratione invalidisent, juxta Regni Leges, & antiquas ac recentes Principum Constitutiones emendarentur. Quæ omnia, cum rebus in Picardiâ, Normaniâ, & Santoniâ gestis prolixè vid. ap. Thuan. citr. LL. LIX. Nos tantum ex iis, quæ in CEBENNIS vicinisque tractibus gesta sunt, enotamus, Egidii FANUM, amissa omni pacis spe à Protestantibus

tibus occupatum: PUSINUM e contrario à Regiis obfessum eorumque arbitrio, eductis antea incolis & in PRIVATI FANUM translatis relictum: Id ipsum PRIVATI FANUM quoq; & LIVERONIUM frustra petita, Liveronianis ferream equi soleam, par Chirothecarum, & felem hastae cuspidi alligantibus iisq; obsidentes monentibus talem felem absque Chirothecis capi, aut contrebari non posse, auditoque Regem in castris esse, eosdem inclamatibus: Ite sicarii, non nos in nostris, ut Admirarium & alios, confodietis lectis: Adducite huc piatos illos & unguenies delubitos pullos: Nostros invitant uxores, docturas, an preda sint ablatu faciles. Serran. f. 64. 642. De Pacis denique negotio A.MDLXXVI. acto huc pertinebit, inter octo Urbes Matrimonii seu Fidei, Villes d'Ostage, fuisse Aquas Mortuas & BELLOQUADRM, Beauaire, Reformatorum custodia relictas, pro Articulorum & Personarum ipsarum securitate, seu, ut Gramondus loquitur, velut desiderata pollicitationibus fide, interpositam Cautionem. Lib. VI. f. 31.

XIV.

Sed mox apparuit incrustatam hanc fuisse Pacem, ut nimis Belli Duces Armis exuerentur ac disjungerentur: Mox enim inita Parisiis Conspiratio Pontificiorum, specioso nomine, ut majorum Religionem contra Sectariorum indies crescentium vires tuerantur, & quod Rex patientia peccasset, ipso suscepit justa cause, quam vocabant, defensione emendarent. Thuan. Lib. LXIII. f. 104. Serran. f. 647. Unde peronæ, urbe ex pacis modo conditæ legibus ipsi debita, sed palam feso ei opponente, Liga condita, quam Thuanus non dubitat deceptandæ & ad omnis divini humanique juris submersionem tendens fædus vocare; Gramondus paulo mollitus: Imprudentioris Zeli Catholicos Perone in Picardia unitæ factioni tunc primum subscrivisse, cui color à Religione questus celato Regni ambitione; Et paulo post: Barbaram factionem in Regem optimum appellat. Ejusdem vero fama crebrescente Protestantes in vicinioribus Regiæ Provinciis minus clementer habiti, affixis passim per compita urbium contra eos libellis, & cum ipsis ex ultimo Edicto duabus ab urbe leuis libere conveniendi jus esset, dum redirent, petulanter & contumeliose excepti & ad extremum haut occultis ministeri territi fuere, ut concesso beneficio

uti

uti non potuerint. *Deolinus* infuper præsidii FANÆ SPIRITUS ad Rhodanum præfetus, protestantes in suspicionem adducere illisque custodes opponere, & una *Guilielmo Monmorancio Thoreo*, *Anvillani Fratri*, sed qui clanculum elapsus BALNEOLUM se recepit. Præterea Comitiis *Blesenfibus* A. LXXVI. exente Decretum conditum, ut ad unitatem Catholice Apostolice Romane Religionis omnes regie ditioni subditi populi revocarentur, frustra monente Joh. Bodino illo Scriptis historicis & politicis celebri viro, eo violari Edicta, iisq; violatis ad Arma regno toties funesta necessario conclamari. Protestantibus quoque datam fidem urgentibus, & ne ea violaretur Deum hominesque obtestantibus, duasq; *incommodi vitandi causa* Religiones tolerari posse multis & rationibus & exemplis demonstrantibus: Neque rero Religionis Causam à Pontificis agi, sed affectari summum Armorum imperium, quæ postmodum non contra Protestantes, sed adversus legitimum Magistratum diringerant; Sed Theologis pontificis contra disputantibus & jam aperto capite, in concionibus & evulgatis scriptis ad fidem Sectarii servandam Principem non obligari contendentibus, allato eam in rem Concilii Constantiænsis Decreto: *Unicam Ecclesiam esse unum verum Dei cultum*; si multi admittantur, falsos necessario admitti, qua re irritatum DEUM non passurum, ut dum Galli plus momentanee quieti, quam Dei gloria studeant, orio tantopere expedito diu fruantur; Itaque potius iusto bello extirpata sectarii veneni peste pacem Deo gratam & durabilorem in regno constituantur. *Thuan.* L. LXIII. f. 113, 123. Hinc igitur spe omni abjecta de Armis iterum cogitari oportuit, Septimaniam jam ante Thorei casu quasi classico excitatâ, in quâ & Matthæus Merula, *Matthieu Merle*, Uticensis carminatoris lanæ filius, sed Bellis, que continua fere in Septimaniam fuerant, innutritus *ISSORIACUM*, *Iffoire*, ante triennium interceptum imposito præsidio muniverat, eique *Chavaniacum* præficerat, ipse autem interea in CEBENNAS & MAROLOGIUM, *Marveche*, in *Gabalis*, quod sub idem tempus noctu admotis crepitaculis occupaverat, tanquam in tutissimum perfugium concesserat. *Thuan.* f. 124. 125. At Nivernius *Issoriacum* obfidere & ad faciendam ditionem sollicitare, quod cum spe de auxiliis à Merula confirmatum recusasset, ipse autem Merula, quem à Regiis corruptum ipsemet.

suspicatur Mezeaus P. III. Tom. V. f. 225. moras ne ceteret nimis diuturnas; tandem tamen non sine ingenti clade incolarum ruinaque ædium victorum sese arbitrio permittere coactum fuit. Res tamen A. LXXIX. Collatione *Neraciana* visa exitum habitura esse; Neracum enim cum Regina *Carbarina* venisset ut audiendis protestantium per illas regiones querelis vacaret & pacanda Aquitaniæ idonea remedia adhiberet; & cum Delegatis Ecclesiarum egisset, tandem post longas altercationes prid. Kal. Mart. XXVII. Capita confecta, quibus multa ad superioris Edicti ante biennium facti interpretationem, aut, necessariam amplificationem adjecta eademque paulo post à Rege confirmata fuere, sed fine promulgatione, unde variè à Regni Curiis & Præfectis eludi, Edicti verò ipsius executionem negligi, eoque intuitu omnia tum ipse Henricus Nayar. rex tum pars Protestantium questi, defensione adhuc opus. sibi esse censuere, ne impares, ut saepe alias, opprimerentur. Et cum *Cadurcorum* & *Agimenseum* Præfecturæ Margaritæ Henrici uxori dotis nomine attributæ fuissent, *Cadurci* vero id molestè admodum tulissent, & odio Protestantium, quos superioribus Bellis semper infectati fuerant, eo se magis ab ipso alienos ostendissent, in Civitate insuper plerique essent, qui lanienæ ante aliquot annos factæ consciæ ac complices ultionem metuebant, *Henricus* repugnantes ad officium reducere. Unde Arma longius prolatæ, Pontificis causam *Cadurcorum* suscipientibus, Protestantibus quoque rerum suarum sagitribus: Quæ omnia fusiæ ap. *Thuan.* legenda Lib. LXIX. f. 206. 208. & L. LXXII. f. 42. 43. In Septimania interim, referente eodem *Thuan.*, major initio tranquillitas, sive quod longius à periculo essent, cujus metu præsenti Aquitani ad Bellum accendebantur, sive quod minus parati, quietem, quæ gaudebant, turbatam nollent; Circa fin. An. LXXIX. tamen à *Mattheo Merula*, cuius supra mentio facta, MAROLOGII commorante, Galborum Metropolis *Mimatum* astu interceptum, à *Franc. Colino Castellioneo* quidem ei rufus ademtum, sed absente *Castellioneo* ab eodem receptum. Cumque medio tempore *Condeus* Princeps in *Septimaniam* venisset, summum Provinciæ Imperium à Ca-

à Castellione & aliis Protestantum Praefectis ultrò defatum,
 accepit, hujusque iussu SPANIACUM, CESULUM ab eo, alia loca,
 ab aliis occupata. Tandem Conventu Flexie instituto auditio-
 que Protestantum querelis, qui superiora Edicta varie violari
 ajebant, in certa capita transactum, conditumq; Edictum Fle-
 xiane Collationis nomine, quo Edictum ante trienium factum
 & Collatio Neraciana confirmabantur, & nonnulla ad earum
 amplificationem addeabantur, ut proinde Gramondus, homo
 erga Protestantes utriusque Religionis Evangelicæ pasim ini-
 quisimus, de illis temporibus falso queratur, à Calvinistis ha-
 bitos Reges in ludibrium, eorum prodiciones & ferocem
 audaciam, passim accusans. Quin è contrario dataam iis fidem,
 unicum illud vinculum humanæ societatis, toties totiesque
 ludibrio habitam, crebrisque insidiis, proditionibus & fe-
 rocissima audacia, cum horrore totius Orbis à Pontificiis Pro-
 testantes sèpius petitos fuisse, in iis, quæ hac tenus dicta sunt,
 liquido claruit. Nec proximis annis aliter cum iis actum
 ipso Rege Henrico III. una in odium adducto, tanquam here-
 ticos foveret, quod Urbium Matrimonii ab iis retinendarum ter-
 minum in annos aliquot protogasset, quiique tanquam Sarda-
 napalus aut ignavus aliquis Chilpericus voluntatibus immersus
 esset, eoque dignus cui Coronæ loco in Monasterio aliquo
 tonsura imponeretur, Aumalia Ducissa quoque eam in rem
 forfices paratos gestante. Accessit post obitum Alenconii Ducis,
 Fratri Regi, quem Galli Andinum vocant, Navarra Regem in
 proximam spem Successionis in Regnum evectum: Unde fa-
 mosa illa Liga, ejusdemque clamores passim audit: Hugonotæ
 omnes bello cogendos, & Edicta, in eorum favorem facta, antiquanda
 Navarre Regis Successionem, cuius jam ille magnam spem, post obitum
 Alenconii, conceperit, magnas intra & extra Regnum turbas excitatu-
 ran: Arma non alio fine capta, quam ut Ecclesia DEi in veterem ac
 veram dignitatem sub unius in toto Regno Religionis exercitio restituere-
 tur. Secutus mox exercitus Parisios tendens, aliis quoque ur-
 bibus, in quibus Protestantes nullam habebant potestatem,
 seditiones moventibus. Quæ rursus ap. Thuan. & Serran. A.
 LXXX. sq. pluribus videnda; Ut proinde Bellum non à Secta-
 riis

rīs renovatum, ut malitiose *Gramondus* loquitur, sed à Pontificiis turbæ indies novæ motæ fuerint, pacem omnem Protestantibus invidentibus. Nec *Henricus* sè velut hæresis fautorum, medium inter utramque factionem gesit, ut itidem *Gramondus* jaætitat, sed emisæ Declaratione, zelum suum erga Catholicam Religionem palam testatus fuit, pacem tamen subditis suis bellis civilibus exhaustis sè necessariam judicasse, quippe quæ sola ad reducendos ad unam Religionem Subditos facere poscit: *Esse* tamen aliquos tam impudentes, ac temerarios potius, quam religiosos, qui pacem hanc secreti alicuius erga Hæreticos favoris, qui nunquam mentem subierit, insinulent: Nullam sè unquam Successionem favore profectum, que cum Catholicæ Religionis damnatio conjuncta: De Successione vero, dum vivaret & ipsæ prolixi sit, licet movere, nihil aliud esse, quam diffidere de bonitate DEi, atq; se de Statu, in quo se nasci voluerit Deus, dejicere ap. *Serr. f. 15.* Qui & Guisium hortatus fuit, ne totum Regnum prædæ exponeret, Ecclesiæmq; & populus fortunis exuat, oblatis splendidis Pacis conditionibus. Sed surdis auribus omnia pratermissa; Eductur exercitus contra Protestantes, & venerabile religiosis & Ecclesiæ nomen, privatis obtenditur cupiditatibus. Parisienses excitati adversus Regem, non amplius *Laudes* confretas effundere, *Vive le Roy*, sed omisæ Regiæ Salutatione clamaré: *Vive Guise, vive le Piltier de l' Eglise*, & repagula, barricades, ingredientibus Regiis objicere, vicosq; claudere, tandem Regem, ut securitas caufa urbe excederet, permovere, ipsi ingratissimi erga Dominum suum, non Protestantes, quod iterum effutit *Gramondus*, teste ipsomet Rege, cujus verba in egressu audita: *Maledicta à me sis infida arg, ingrata civitas, quam continua honoravi habitatione, & præ omnibus meis diravi prædecōribus.* Nunquam intra tuos redibò muros, nisi per magnam & memorabilem ruinam: *Maledicti quoque sint illi, quorum gratia tot hominum in me excitavi odium.* Parata etiam postea pro forma saltim lenimenta ulceri; Sed facta statim prima petitione de extirpanda hæresi, Articuli quidam Reunionis Mensis Julio Regis nomine conditi, ad extinguentam Navarræ Regis Religionem, eumque in Ligæ gratiam excludendum ab eo, quod nemo nisi

nisi Deus ipsi negare aut tollere poterat. Iisdem, quos Edictum Julii postea dixerunt, Regem adegerunt, ut juraret: Secundum, nisi Catholicam admisurum Religionem: Pacem cum hereticis nunquam facturum; Nullas inducias, nullum Edictum in ipsorum favorem concessurum: Omnibusque belli & pacis honoribus eos exclusurum; Juramento deinde omnes obligaret; Ne ulli post se Principi heretico quicunque ille sit, obdiren; Porro omnem Pontificis promitteret favorem, modo fidèles essent, omnibusque unionibus, conuentus, intelligentiis, societatibus, ligis, Unioni hoc Edicto confirmatae contrariis, renunciarent; Les Majestatis reos fore, qui Unioni bu: vel subscríbere recusent, vel post subscriptionem ab eis recesserint. Extorta denique Declaratio, de perpetua Navarræ Regis, aliorumque Sangvinis Principum, hereticis faventium, ad Coronæ successionem inhabilitate. Hæc omnia tamen Rex statim sensit à se quidem observanda, sed ab aliis neutiquam, nisi quatenus ad coronæ suæ eversionem tenderet. Nec desitum est actiones omnes Regis traduci & odiosas reddi: Infidax deniq; ipsi Regi struxeræ, sublatisque ejus justi Fratribus Guifis orta adversus ipsum rebellio; Parisiensis & Aureliani palam se Regi opponere: Mayenius tanquam Regni Rege vidui Vicarius constitutus: Sorbona decernere: Francicum populum à fidei & obedientia juramento, Regi Henrico Valeso præstito, liberum esse, posseque bona conscientia Arma contra ipsum sumere, pecunias ipsius colligere, & ad Bellum ipsi inferendum contribuere. Serran. f. 686. Protestantibus interim causam Regis suscipientibus, & ambobus jam Henricis opitulantibus, non sine spe felicis exitus, cum exercitus eorum indies augeatur, Rebelles Ligæ socii passim profligarentur, ipsaque urbs Parisorum à deditioñe propè abesset, nisi mors a Monacho Dominicani Ordinis, prisci sc. istius Doctrinæ Pontificiæ Columannis ut supr. §. IV. visum, Henrico Regi nefariè illata, toti Regno Galliæ aliam faciem induisset.

XV.

Instituti nostri ratio non fert, isthæc omnia ut plenè exponamus; Sed satis nobis visum, his argumentis breviter ostendi, non Protestantes, quod Gramondus tam invidiose exaggerat, sed Pontificios, ex immodico non tolerandi dissentientes

entes ab opinionibus suis Zelo, motuum omnium causas totiesque laxa fidei reos fuisse ; Protestantum vero illius etatis Statum varium quidem, & exitio saepe proximum extitisse, attamen necessaria defensione post fidem toties ab hostibus fractam, adversus vim eorum injustum procul crimine Rebellionis conservatum fuisse. Nec tempora Henrici IV. nos morabuntur, quibus, condito Edicto Nannetensi plenam tranquillitatem, toti velut cœtui Evangelicorum, adeoque etiam CEBENNIS concessam esse constat ; cuius Art. LXVI. etiam singulariter de Seneschallatibus, Tholosano, Carcassonensi, Rovergano, Loragesso, Bzierfo, MONTPESSULANO, & NEMAUSENSI, cautum fuit, ut in omnibus Instructionibus alius, quam Informationibus Processuum Criminalem, Magistratus aut Commissarius deputatus pro dicta Instructione, sis Catholicus, teneatur accipere Adjunctum Reformatæ Religionis, in quem partes convenerint : Aut si non poterint comenire Magistratus aut Commissarius supradictus ex officio aliquem constituant : Viciissim si Magistratus aut Commissarius Reformatæ Religionis, sub eadem formâ teneatur accipere Adjunctum Catholicum. Judicaverat nim. Senatus Augustus Regis & cum eo prudenter plurimi : Optandum quidem esse, ut una tantum Religio in Regno exerceretur, verum cum torrens sibi nequaes & Schisma sit formatum in Republ. & malum inveteratum, hanc facile, neque sine metu mutari posse, quod longo tempore radices egerit : Triumphum ac victoriam animarum soli Deo relinquendam ; Nec possibile esse hominibus, ut imponant necessitatem rebus, quarum Deus relinquit libertatem, cuius generis sunt Conscientiae, que in Republ. esse debent aque libere ac cogitationes : Principes sanius sapientes nunquam subjectos suos morte ad fidem convertere studuisse, numquam destruxisse Provincias Bello, ut conscientias instruerent gladio, quippe non nefios : Religionem esse actum Unionis & concordia ; Bellum vero seditionis & destructionis : Eos, qui cœlum terræ miscerent, ut cogerent Conscientias subectorum ad unam eandemque Religionem, tandem ipsos quiescere, & eos in vita instruto relinquere coactos fuisse, rejectis consilii pessimorum Medicorum, qui antimonium & phlebotomum omni morbo adhibere fradeari, ap. Petr. Matth. Hist. Henr. IV. Libr. II. f. 116. 117. Addidit Rex : Se expensa longa serie eximiorum officiorum, que ipsi Protestantes prestiterint, statuisse, non usque adeo inutiles,

12

51

uiles, aut Regno suo parum necessarios esse, ut vita ipsorum exilio & flammis debeat esse exposita, quemadmodum sub Antecessorum suorum, Regnis. Serrau. f. 753. a. Qui impedimento sint ne Edictum notificetur, hos bellum velle, statimque se id declaraturum Protestantibus, sed se ipsam id non gesturum, verum Protestantes in Pace missurum: Frustra Religionem Catholicam allegari, se vel clamissimos illos Catholicos & Ecclesiasticos, si uni beneficium duorum mille aureorum, aleri quatuor millia librarum in annuo rectitu assignet, effecturum, ut omnes illis conticeant. Subjecit denique: Edictum Regis defuncti de A. LXXVII. pariter suum esse, nam & secum factum fuisse, & nunc se illud confirmare: Se non posse probare, ut aliud animo cogiteatur, aliud in charta per se pertinaciter, & si qui antecessorum suorum id fecerint, nolle se eos imitari: Fraudem si in omnibus feda sit, in Principibus certe fadiorem aperta violentia. Matth. f. 121. Plura vid. ap. Script. istorum temporum, Thuanum, hujusque Continuatorem, Serranum, P. Matthaeum.

XVI.

Sed paucorum Annorum haec quies fuit: Sub Ludovico XIII. ad ARMA rediri oportuit, non vi doctrina Protestantium, que Principes ferre nequeat, quod Gramondus malitiose fingit. Libr. VI. f. 323. aut animo per calcatos Reges viam sibi in libertatem faciendi, id enim Pontificum proprium esse exemplo Henrici IV. & V. Friderici II. Ludovici Bavari Imp. aliorumve Regum passim constituit, aut exemplo Belgarum, quorum Ordines semper in partem Potestatis admissi, vel Genevæ, quæ diutissime Urbs libera & Imperialis extitit, aut denique Civitatum Imperialium, quasi haec per haeresin in libertatem astraerata fuerint, quæ crassa Gramondi ignorantia est, cum illæ dudum ante renascentem Evangelii lucem, Libertate illa sua gavisa sint; Sed mera invidia Pontificiorum, quietam illam Protestantium, eorumque in Communionem Jurium Regni admissionem limis oculis spectantium, eoque omnem occasionem arripientium Beneficiis istis eos depellendi. Auditæ jam A. M DCII. ipso Henrico adhuc regnante variæ querelæ Protestantium: *Lassei in Meduania, ad Fanum Leonardi in Nivernia, Calesi in Santonum ora, Montaniaci in Areanicis, Surgereſi prope Rupellam, MONTECLUSI & MONFINII in Diœcesi UTICENSI, BELLOQUADRI, ad FANUM SPI-*



RITUS, Arrmanni, Serviretæ & Bleumati parvum à locorum illorum
 Dominis & incolis Catholicis, parvum ab ipsis Commissariis Regis pro-
 biberi, quominus Religionis exercitio frui possint: Ministros Regios
 NEEMAUSI, BELLOQUADRI, BITERRIS, injurias sibi illatas legibus vin-
 dicare neglexisse: Incolas Albigeſi à Jesuſis turbatos, Cœmereria pluri-
 bus in locis ipsis negata, inductos Religiosos Ordines locis sibi concessis,
 ut Aquis MORTUIS, Gignari, & in FANO S. AEGIDIU, & alia
 non patet, quibus tamen uterque tunc responsum fuit V.
 Contin. Thuan. ad A. M DCXI. f. 151. sqq. At longè graviores ob-
 orta Ludovico XIII. Regimini admoto: Tarbas Protestantiis in-
 jurias passim illatas, Templum eorum Burgi in Brescia extusum, Lectoram,
 Leitorum, contra fidem ipsi erupcam, per quam primum in Gallia Au-
 toritatis Profectantium deſenſum fuisse ipſe Gramondus agnoscit Libr.
 II. f. 117. Religionem Pontificiam Benearnio obtrusam, Conventum Lo-
 drenſem promissis Regis fruſtrarum, fatente itidem Gramond. Libr.
 VI. f. 322. Plures adhuc auditæ ex Conventu Rupellano A.
 M. DCXXXI. Non tantum direpta sua Religionis Templo, & crea-
 matas sed suos etiam depalſos Catholicis Urbibus: Raptor parentibus pueros
 vi Monachorum apertæ, non exēnde Religioni tantum, sed etiam chuci-
 lo induendo: Atrocius scvitum in mortuos, violata sepulchra, effossa
 Cadaveræ: Quæ, quam frigide diluat Gramondus, videndum
 Libr. ejus VII. f. 372. Hinc igitur disidentia, & memoria su-
 periorum temporum, metus, ne incāuti obruerentur: Inde-
 que primi motus PRIVATENSES, non odio in Regem, quæ Gramon-
 di calumnia est, sed caco amori, ut ipse Gramondus vocat, vel
 potius libidini PRIVATI Domina, tunc viduz, Protestantibus
 addictæ, erga Vice-Comitem Chaylano, summe Catholicum,
 ut idem fatetur, impediendæ: Sed sine sangvine, & à Gui.
 Masnado, Sénatore Parlamenti Tolosani, adjuncto Judice Refor-
 mata Religionis, statim compotiti, Vidua monitionibus eo-
 rum adacta, ut tranquille & pacifice vivere cum Vajallis, id salutem
 publicam, id Regem poscere: Sic invelta in urbem tranquillitas.
 Gram. l. c. At ab Amasio Vidua Chaylano mox turbata. Cum
 enim CC. Legionarii, pacatis Privatis rebus, in domos suas
 parum custodite se recipere, isque cum comitatu suo X.
 aliariorum & XIV. sclopetariorum in eos incidere, subito ir-
 rumpit,

12

53

rumpit, & quasi velites præmitterentur adornanda pugna, ex improviso aggreditur, edita pro numerò ingenti itrage. Tunc verò demum à PRIVATENSIBUS Arma capta non in Regem, aut Statum publicum, sed perfidum tranquillitatis suæ perturbatorem, palam questi: *Alta pace, dum sub fide publicâ quisq[ue] Domum suam regreditur, lacefitos non pugnare ausos, ne quietis publicæ perturbatores dicerentur; Non ausos fugere, ne se fuga proferarent inimicos: Chaylanum proditorie aggressorem, seu potius Lanistam jugulasse immoxios, non inferre vim ausos &c.* Unde non quidem negandum est, initium hic securorum Bellorum factum, è CEBENNIS quoque militem in auxilium vocatum, ac denique cum PRIVATENSIMUM incommodo quicquid fuit turbarum finitum fuisse, sed non his Autoribus, verum Chaylano Pontificio Tabulas Nuptiales suas sanguine Protestantium scribi gaudente, nec ex causa publica, sed privato exitialium Nuptiarum negocio. Nec repugnamus, quod Gramondus pariter vult, motus Seculi penultimi quoque apud Privatienses cepisse, sed & illò tempore Autoribus Pontificiis, quibus Privatienses extrema passi, pares se paribus opposuere. De sequentium Annorum gestis longa serie hoc loco agere superfluum ducimus, satisque erit de iis, quæ in CEBENNIS gesta fuere, ex Autoribus illorum temporum pauca quædam adduxisse: *Castellionum nim. Ducem, Gallia Narbonensi inferiori, GABALIS, VIVARIENSIBUS & CEBENNIS A. MDCXXI. praefectum, sed M. Novembri ejusdem Anni iisdem amotum, a CEBENNENSIBUS quoque, MONSPELIENSIBUS, ac NEMAUSENSIBUS non parum negotii Pontificis facesstum, Regiis è contrario Nemausi & Montfelli Agros vastantibus, & Margaritas Pagum in vicinia NEMAUSI situm occupantibus, Rege ipso quoque MONTALBANI obsidionem suscipiente, sed nullo successu, defensionem Urbis feminis pariter ac viris fortiter sustinentibus, detractionemque spontaneam offerentibus, modo Pax universis Religionis suæ sociis à Rege concederetur, sed non auditis; Virilibus Curis sexus fragilitatem exuerant infraet Viragines, adeo, ut nullo delectu, Viri pasim ac feminis militaria munia obirent.* inquit Gramond. Libr. X. f. 486. Submissa insuper ex CEBENNENSI

G 3

Provin-



54

Provincia obfessis à Rohanæ Duce subsidia ; Unde ingentes
 Clades obfidentibus illataz, cæsis simul in oppugnatione He-
 micycli, Semilune, unius, quadringentis Nobilibus, & in his The-
 minio Marchione aliisque magni nominis Ducibus Bellicis, ipfo-
 que paulo post supremo Belli Duce *Henrico Lotharingo*, *Duce*
Mayenio, aliis quoque postea in eosdem stragibus editis : Ac-
 ceſſit adulto Autumno Epidemia lues atrociter in castris fx-
 viens, unde passim milites dilapsi corpore pariter ex morbo,
 & animo, ob non soluta stipendia ægri, tandemque svafu
Bassompierrei soluta obſidio, nullo ſalubri coaſilio fuſcepta : Quem
 exitum *Daniel Chamierus*, Eccleſiaſtes Montalbanensis, Vir Ma-
 gna Eruditionis & autoritatis apud ſuos, Cívibus prædixerat,
 ipſe quoque mortis fuꝝ, ipſiusque diei emortualis in hâc ob-
 fidione futuræ, non vanus vates, quippe cui globus ferreus
 tormento excuſſus literamque C. velut notam impressam ha-
 bens ſtanti haut procul a Propugnaculo *Palliacensi*, vitam ab-
 ſtulit. *Dixerat multories amicis, compertum ſibi eſſe, ſe hâc*
obſidione durante iſtu tormenti tactum peritum : Proximo biduo ante
 parum abſuit quin à globo ferreo intra domum ſuam tangeretur, ſed
 cum adeſſet dies Dominica multo certius prædixit vita ſuæ finem. Jo-
 ſonius enim Collega ejus, cum ex illo quereret : Habiturus ne eſſet
 à prandio de more Concionem ? Negavit futurum atque per-
 negavit Chamierus, & an tu, inquit, neſciſ hunc diem finem la-
 borum meorum & initium quietis eſſe ? *Animadverſum inſuper eſt,*
 cum inter concionandum explicaret XXXVII. Cap. Efaiæ, traxiſſe eum
 omnem Historiam Hicroſolymitanæ Urbis ab exercitu Sancheribi, Du-
 xore Rabace obfesse, ad Montalbanum, interpretatumque verba pro-
 missionis divina per Prophetam Urbem consolantis pro oppido ſuo : In-
 primis autem admodum dicitur urſiſſe hæc verba : Nequaquam, ne-
 quaquam ingredientur in urbem hanc, ſed redibunt eā via
 per quam veneunt. *Servan. Inv. Hist. Franc. f. 994.* Obfefſos
 mortem ejus magnis planetibus & gemitibus proſecutοs idem
 refert, Regios è contrario cum id reſciviffent, ſannis ac ſcom-
 matibus eā de causâ ipſis insultaſſe, cujus ſpecimen etiam *ap.*
Granond. legere eſt L. X. f. 502. non negantem aliaſ : *Eadem met-*
die Concione in templo pathetice habita de Regis loquientem finiſſe in hæc
ipſa

12.

ipſa verba, diſtincta voce ter repetita: Non ingredientur. Memorant hinc Scriptores, Regem Tolosam abiisse, indeque in Septimaniā armata manu properasse, Robanum Ducem verò Monspelio ad CEBENNAS se contulisse, Conventuque apud eos habitō, MOMPÉLIUM, NEMAUSUM, UTICAM & SOMMERIUM præcipue custodienda commendasse Gram. L. XII. f. 546, 547. Regios interim MASSILIARGAS, AYMARGASQUE expugnasse, LUNELLUM quoque poſtridie, quam obſidio cœperat, ab iisdem in deditiōnem acceptum, fide militi & oppidanis datā, *salva omnia*, præſtandi munimenta pariter ac muros, sed à militibus Regiis enormiter violatā, plerisque præſidiariis in egressu cariſ, &, niſi *Condeus* obſtitueret, jugulatis omnibus, Gramondo ipſo non diffidente, & nefarium hunc actum *Proditionis* nomine notante c. l. f. 549. Denique & SUMERIA medio inter Nemaſum & Monſpelium loco, dedita; At Britextam à Duce Vendosmio, PRIVATIUM ab Esdiguerio fruſtra tentata, MONSPELII obſidio quoque ſuſcepta, quippe de quo Rex judicaverat, eo dedito, ut verba ſe habuere, *deploratam fore Sc̄lariorum cauſam, Clavesq; Sc̄lariorum Urbium Monſpelii afferrari;* Sed tardo progressu, nec abſimilibus Montalbanensi obſidionis fatiſ, Rohanx cum ſelectu ex Agro CEBENNICO obſidentibus crebris vicibus imminente. Unde tandem ad Pacem itum, Editum Naumetense confirmatum, mu-nimentis tantum Urbibus, quas Protestantes tenerent, detra-ctis, murisque ſolum, portis & turribus retentis; Excepta ta-men ab hac deſtructione Rupella, Montalbanum, Caſrum Albigensum, ÆMILIANUM, NEMAUSUS, UTICA: Eo diſcrimine, ut in to-tum Rupelle & Montalbani munimenta manerent, reliquarum Urbium media pars dirueretur, Monſpelii quoque munimenta dejecta & dimidia eſſe juſſa. Inde nova quidem rurſus flamma A. M DC XXV. Autoribus Rohanx & fratre ejus Subiſto erum-pere viſa, adſcitis in partes CEBENNIS NEMAUSO, UTICA, Conventu quoque ANDUZÆ in CEBENNIS celebrato, & milite CEBENNICO conſcripto; ſed quæ eodem statim Anno urgen-te Bello extero, promoventibusq; Rege Angliae, Venetiis, Belgii Ordinibus, ac Duce Sabaudie ſedata fuſt, & quia præcipuz que-rela fuerant de violatā fide, quam Rex MONSPELII dederat, placuit

placuit *Britannia Regem fidejussorio nomine adhiberi contractui*
 quo magis valeret. *Gramon. Lib. XIV. f. 644.* Sed & A. XXVII.
 eodem *Rohaneo* Autore Arma resumpta, occasione Belli inter
Anglos & Gallos glificantis, primaque expeditio in *MILLALDUM*
Milau, faustis auspiciis suscepta, *CAUNA* è contrario, *la Cau-*
we, Regiis tradita, cuius deditio *Rohaneo* eò perniciosior quò si-
 tus ejus opportunior, cum alias per eam à *Septimanianis & CE-*
BENNIS ad *Albienses, Fuxenses & Superioris Aquitanos* per abrupta
 montium, haud difficulter potuisse commeare. Pensabant,
 tamen hanc jaëturam *AYMARGA* tormentis bellicis *NEMAUSO*
 à *Rohaneo* eductis ad deditioñem adacta, quarum restitutio-
 nem etsi urgeret *Mommoranius*, permutationemq; cum mille
 legionariis à se captis offerret, impetrare tamen non potuit;
 unde 50. eorum in furcam actis, *Rohaneus* totidem è Regio ex-
 erciū captivos pariter suspensi jubet, vanâ illâ, quam *Gramon-*
dus allegat *Lib. XVII. f. 759.*, gloriola, *Mommorancio* libenter reli-
cta, quod Protestantium capitivis ex obscura saltē plebe, sui autem ma-
gnam partem Nobiles fuisse. Inde Anno XXIX. *Rupella* post gra-
 vem Obsidionem in deditioñem accepta, fortissimum Prote-
 stantium Propugnaculum, & per quam illi hac̄tenus firmiter
 steterant: Occupatum postea & *PRIVATIUM*, s̄pius his pagi-
 nis commemoratum, non tamen sine ingenti strage Regio-
 rum, indeque *Alesia*, *Gram. Lib. XIX. f. 796.* confirmatisque
 ex eo à *Rohaneo* in causa communione *CEBENNIS*, *Rutensis*,
Montalbanensis, *Castrensis* & *Fuxis*, ne *Richelius* Cardinalis apud
 quem tunc arbitria rerum, venia spem singulis privatim fa-
 Etam, negaret postmodum universis, communī consensu ad
 Pacem redditum fuit, *Editioz. NEMAUENSIS* Mense Junio An.
 XXIX. publicato, libertas pristina conscientia, & Religionis u-
 sus ex *Editi Namnetensis* tenore Protestantibus confirmatus, mu-
 nimenta tamen omnibus eorum Urbibus detracta, libera quo-
 que per totam Galliam mansio iis relicta, exceptis *Insulis Rea*,
 & *Oleronia*, demitis item Urbibus *RUPELLA* & *PRIVATIO*. Quæ
 omnia fusiſ ap. *Gramond. Lib. XVII. XVIII.* Bassompire aux
Memoires Tom. II. Loysel Tresor de L'Histoire de Louis XIII. Vassor
Hist. de Louis XIII. Tomis posterioribus legenda. CEBENNENSES
 inter-

interim post paucorum Annorum spacium singulari fidei erga Regem *Ludovicum* specimine se commendarunt; Cum enim *Momorantius* Occitanus Pro-Rex, strenuus ille antegressis Annis Partium Regiarum defensor, A. M DCXXXII. artibus Matris Regiae, & Fratris Regii Gastonis permotus, iniisset confilium Regem à *Card. Richelio* vi armata avertendi, ille, oppidis primum Religionis sua per omnem *Occitaniam* magno numero in partes suas pertractis, *CEBENNENSES* quoque sibi adjungere, summa ope nitebatur, promittens atque spondens, facturum se, ut loca pro securitate ipsis debita & injuste ademta non modo iis restituerentur, sed publicis etiam muneribus, ex *Nancensis* Edicti tenore rursus admoverentur. Illi vero ad omnes hasce pollicitationum illecebras nequicquam moveri, sed in fide sua persistere, eoque efficere, ut conatus *Momorancii* prorsus irriti redderentur; Cum è contrario summis à *CEBENNENSIBUS* Armis Bellorum flamma brevi temporis intervallo per omnem Galliam facile serpissset, eoque opportuna exacerbatis adversus *Richelium* subditorum animis, exercenda ultiōis occasio obventura fuisset.

XVII.

Nec minori arguento fidem suam hodierno Regi *Ludovico XIV.* probarunt, Bello A. MDCLI. à *Condéo* Principe adversus ipsum moto, qui cum totas Provincias sibi passim adixisset, *Ducem Aurelianensem* quoque, Vice Regem *Langvedocia* & Comitem *Albigensem*, *Monspelii* tum Gubernatorem suarum partium esse sciret, idque sibi tantum restare crederet, uti *CEBENNENSES* quoque sibi obnoxios redderet, vel potius contra Regem armaret, eoque fine ipsis spem faceret, muros suos contra *Edictum NEMALISENSE* dirutos instaurandi, & Consulatum contra idem *Edictum* ipsis ablatum recuperandi, illi nihilominus in fide Regis persistere eoque efficerē, ut tota *Languedocia* eodem propenderit, hoc ipso confirmantes quod de *Rupellanis* eodem tempore in obsequio Regis persistenteribus, indeque de universis *Protestantibus* *Priolus* predicat. *Rer. Gall. L. VI. C. 38.* Hoc *Hugonoticum*, de rebus arduis non deferere fidem. Sed longe aliter illi erga se animatum, fideique

tantæ minime respondentem Principem invenere. Principum & Subditorum officia reciproca sunt; quodcumq; alterius est, id is ab altero jure suo poscit, hic fidem & obsequium, ille Protectionem, amorem, Clementiam: Quisquis aliquâ parte deficit, peccato non caret. At nulla in hoc Amoris erga ipsos signa, sed aperta odia, non delicti alicujus causa, aut obtentu vel factæ cujusdam seditionis, sed unice, quod DEum Patrum suorum non secundum iussa Ecclesie Romanæ, sed ex præscripto Sacrarum Literarum colere ament: Immisi viris bonis Regii milites, qui Romana Sacra ipsis palam injungerent, recufantes durissimis Cruciatibus affligerent: Inde videre fuit ex capillis vel pedibus suspendi, fumoque tantum non enecari, aliis capillis è capite & barba evelli, alios ad ignem torrei, alios follibus inflari, donec crepante corpore animam misere emitteret, alios nudos proflus acubus indefinenter pungi, alios continuo tympanorum Capitibus impositorum pulsu noctes diesque per vigiles agere indeque mentis proflus impotes reddi; Nec fugæ locus datus libenter omnia relinquere cupientibus, modo libertas Conscientiæ sibi salva esset, sed retracti in carcera vel miserè trucidati, vel ad triremes damnati, vel in Americam abducti, quorum pars tamen primâ statim navi, CEBENNENSIBUS hisce onusca propè Insulam Martinicam naufragio submersa fuit. Quæ omnia publicis Literis pluribus exposuere viri Patientissimi, fidem eō maiorem habitura, quō crebriora hujusmodi dira supplicia in Fidei suæ Socios per omnes Galliæ Provincias edita Orbis Christianus cum stupore vidi; Nec disimilia iis, quæ veteres illi Asseclæ Sedis Romanæ, iisdem in tractibus eorumq; vicinia Biterris, Carcassone alibile in maiores ipsorum patraverunt, ut supra vidimus §. VI. VII.

XIX.

Itaque inter tot extremas omnemq; humanum modum superantes calamitates, ad extrema tandem confugere, & cum aliud humanum remedium non esset, post XX. & amplius Annorum patientiam, durissimis illis persecutoribus suis se posuere, initio facto à CHELARU, Cheylar, (oppidi munitissimi,

de

59

de quo supra §. XII. f. 41.) *Abbate, acerrimo illorum hoste, qui cum in LESURA Monte, Montagne de Losere, haut procul Ponte Montis viridis, Pont de Montvert, fundendis ad Deum precibus, tranquille admodum ac sine ullo strepitu congregatos, finitisque Sacris ad sua revertentes invadi, correptosque vel è vestigio trucidari, vel in carcerem duriori supplicio afficiendos compingi curâset, cæteri fuga elapsi, auditio, pares sibi infidias strui, & decretoriam horam captivis amicis suis jam instare, junctis viribus carceres domosque, quibus detinebantur captivi, petiere, iisque liberatis Abbatem fugâ è fenestrâ se se proripiente cum sociis aliquot trucidarunt.* Quodque Comes Brolius, *de Broglie*, Regis per has ditiones Vicarius, protinus militum Legionem ablegasset, eos, qui Abbatem encaverant ad supplicium traeturam, hi verò auctos non suæ tantum, sed Pontificia Religionis sociis se viderent, præviis ad DEum precibus de largiendis sibi viribus & animo, adventanti huic cohorti quoque strenue obviam iverunt, magnamque ejus partem ceciderunt, reliquis omnibus fugatis. Primus igitur hic defensionis actus, quoniam CEBENNIS singulari Divinæ providentiaz argumento, prospere cesserat, illi ARMIS ulterius sibi utendum rati, quorum JUSTITIAM Summum Numen in ipso statim limine adeò felici successu secundaverat, cœtus suos more militari, utpote populus indole sua in Arma propendens, ut *supr. Cap. I. §. VI. visum*, in Legiones ac Manipulos distribuere, non offendendi, aut rapiendo, sed unice vim injustam propellendi, ac salvam Conscientiaz Libertatem præstandi Confilio. Selecti & Militiaz Duces, non dignitate bonisque fortunaz conspicui, sed qui magno animo frementium hostium impetus sustinere ac fortiter avertire scirent; Assunta præterea & Tesseraz Militaris, quâ hi à gregariis Militibus, quique imperent & qui parerent, inter noscerentur, cætera vespissu ac vivendi genere pares. Sicque intrepide venturos hostes expectarunt, ingruentes masculè sustinuerunt, ac profligarunt, hodieque sustinent. Gestaz ipsa ex Mercurio Belgico & Gallico, Litteris, Historicis præcedentis anni M DCC III. presentisq; IV. petenda. Quo Jure ac Justitia, nunc

Porro agendum erit, si antea de SIGNO MILITARI ipsorum,
 cuius modo mentio facta, paucis adhuc egerimus. Hujus
 parte una conspicitur Scutum, in quo Bestia Biceps, Bicornis,
 lingvæ ex ore utriusque capitis prominentes, cauda tortuo-
 sa. Quæ corpori adjacent vel cuspides duas fractorum Ensi-
 um, vel etiam acuta Missilia dixeris: Pedes duo accipitrimi
 idemque quatuor ungulis armati: Scuto imposita Corona, in
 cuius inferiori limbo, veluti Unio quidam major, ab utroque
 ejus latere Gemmæ nonnullæ apparent. Loco Apicum VII.
 visuntur Colles, medioque & extantiori globulus impositus,
 inscripta verò literæ C.R.S. Ex Scuti dextro latere quinque
 Montes telamonis vice protuberant, adsumque habent Nu-
 merum 10., sinistro lateri tres flexuosi Ductus cum Globulo
 adjacent. In Aversa Parte duo Tela Liliata decussatim posita,
 inter quæ in basi Stellam, & superiori Coronam videre est. In
 medio, ubi decussantur, Literæ se offerunt I. O. R. S. M. Quo
 sensu autem tum Imagines tum Literæ veniant, id videmus
 jam alios viros egregios sollicitos habuisse. Nos nihil certi au-
 demus definire, cum non tantum Tesseræ officiorum Milita-
 rum, sed etiam Signa vel certi Districtus vel Familia vel mix-
 ta etiam ex utroque genere esse possint. Autoribusq; eorum
 proinde merito interpretanda relinquantur, cum unusquis-
 que Symbolorum pariter ac Verborum suorum optimus Inter-
 pretes existat. Non repugnamus interimi, donec meliora edo-
 ceamur, si quis dixerit Coronam scuto impositam Romanam Septi-
 collem, Colles aduersi cum N. 10. Cœtus CEBENNENSIVM,
 flexuosis Ductus cum Globulo ex uno collum exente fulmina à Jove
 illo Romano emissæ: Bestiam Bicipitem, Cornutam & Unguibus Arma-
 tam, statim Sedis Romanæ seculari & Ecclesiastica Potestate,
 superbum ac feriendo, lacerando, CEBENNENSIBUS minan-
 tem, at horum ARMIS, quæ Missilia vel Cupides Ensim Bestia ad-
 jacentes, petitam, Literas denique inscriptas: CONTRA ROMAM
 SANGUINARIAM. Contra Rome Sangvinare denotare. Tela decussa-
 tim jacentia in Aversa parte Quietem Armorum videbantur pro-
 mittere. Pars inia eorum Liliata, tanquam Galliæ propria ejus-
 que Corona destinata fuit, Corona Cupidibus Telorum interjecta:
 OTIOQ;
 Stet-

*Médaille que les Peuples
l'original a été e
et Officiers port*



*Christianos.
Romanos.
Sacrificate.*

*Nicolaus
Amsterdamensis
nunquam
vixit*



Medaille que les Peuples des Sevennes ont fait fraper dont
l'original a été envoyé en cour, et que leurs Commandans,
et Officiers portent pour Se faire reconnoître parmi eux.



Christianos.
Romanos.
Sacrificate.

EXPLICATION
des lettres qui sont des deux cotés



Iuveneres.
Offerte.
Religionis.

Sacrificium.
Magnum.

Wohl erachtet hat der Verfasser, ein Verzeichniß der in den
verschiednen Landen und Städten zu besuchenden Orten
zu verfassen, welches dem Reisenden dienen kann.



in hant dico eaminiis vni regnique est super illius M.
etiam super hanc etiam suorum illius latitudine
etiam super illius latitudine quod est in omnibus



IO.R

IO

COLLECTION

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HALL

HANOVER

COPYRIGHT
BY
THE
UNIVERSITY
OF
HANOVER

122

3

Stella liliaris duabes basibitis interposita Spem novæ Lucis ipsius o-
rituræ. Literæ: IN OBSEQUIO REGIS SEMPER MANSURI. Nugæ
sunt, qua prioribus Literis affinguntur: CHRISTIANOS ROMA-
NOS SACRIFICATE, & posterioribus: JUVENES OFFERTE RELIGI-
ONI SACRIFICIUM MAGNUM cum omnia in iis coacta sint, nihil
sponte fluens. Aut si Interpretatione variare licet, non ma-
fæ etiam quis dixerit, prioribus Literis indigitari: CHRISTUS
RÈX SOLUS, exemplo Veteris Gallicorum Nummorum Inscri-
ptionis: Christus Vincit, Christus Regnat, Christus Imperat, ap. Dni
Pres. Synt. Dign. Disf. I. Cap. I. §. 13. Posterioribus: IN ORBE ROMA-
NO SANGUIS MARTYRUM. Martyrum certe Nomen jure CE-
BENNIS debetur, cum pars eorum dudum pro causa Dei
mortem sustinuerit, superstites verò hodieque non infamiam
tantum, exilium, tormenta dira, acerbissimosq; cruciatuſ fū-
erint perpessi; Sed causam Dei ad hunc usque diem cum san-
givinis etiam dispendio strenue propugnent Designatis seu Vi-
vis veteris Ecclesiæ MARTYRIBUS hac in parte æquiparandi. V.
Gregor. Nazianz. Orat. in Basili. M. f. 319. Cyprian. Ep. IX.

CAPUT III. DEMONSTRATIO JUSTITIAE ARMORUM CEBENNENSIVM.

Summaria

- I. Hypothesis Pontificia de vi Diſ-
ſidentibus ab Ecclesia Romana in-
ferenda, iisque vita & fortu-
nis exuendis: Prima ſemina
bujus opinonis: Gregori II.
primum tentamen Leonem,
Iſaurum Imp. Cplum excommu-
nicandi, & juribus in Italiā
privandi: Excommunicatio Im-
peratorum Occidentis primum a
- II. Rationes contra banc Doctrinam, Periculum Generi Hu-
mano hinc incumbens.

Gregorio VII. in Henricum
IV. fuissepta: Terribilis Canon
Concilii Lateranensis hâc de-
re: Cruciatæ in Waldenses ac
Huffitas institute: Cardinalis
Volaterrani Consilium de iisdem
in Evangelicos excitandis.

H 3 III. E

- III. *Et Pontificios in specie premens: Vis argumentorum ex Hypothesi.*
- IV. *Justitia Bellorum Defensorum in his casibus.*
- V. *Discrimen inter Facultatem Defendendi & Resistendi: Statum item singulorum ac multitudinis.*
- VI. *Possè majorem aliquem cōctum se contra Regis sevīam defendere: Exempla Davidis & Maccabœorum: Rationes ejus rei Naturales.*
- VII. *An Christianis id liceat, quod Davidi & Maccabœi?*
- IX. *Nullum Populum Superioris Imperio se ita submittere, ut nullo casu vim apertam ejus arcere velit: Ex causa Cebennensis Statui Gallico nihil decedere: Pernicium Dogma Prin-*
- cipem alterius populi *cause alterum excidere posse.*
- IX. *Christianorum veterum maximam quidem, sed dispersam multitudinem, non Populū fuisse. Natura Populi associatione cum alio populo non tolli penitus, sed regi.*
- X. *Explicatio Obedientiæ passivæ.*
- XI. *Quo sensu dici possit: Non contra Regem Arma geri, sed contra Ministros ejus.*
- XII. *Si in casibus ejusmodi excedatur, excusabiliter saltim peccari: Jus Imperfectum Casibus Necessitatis inherens.*
- XIII. *Confilia everendi cœsum aliquem non expedire Regibus.*
- XIV. *Quid sacerdandum Cebennensis? In tanta Europe in presenti Confusione & ipsis homines & res hominum se recte habere.*

I.

Supereft, ut ad *IIIiam Dissertationis hujus partem, JUSTITIAM nempe ARMORUM CEBENNENSIMUM, hactenus variis casibus exhibitorum transeamus, in qua firmanda, trium generum argumentis utemur, primo ex ipsis Pontificiorum Hypothesibus, inde ex verò & rationibus naturalibus, ac denique ex qualitate hujusmodi actionum depromptis. Hypotheses Pontificiorum quod attinet, illæ nemini ignotæ sunt, totoque jam præcedenti Capite variis modis visa fuerunt: Dissidentes nimis à Religionis sue placitis, non tamum ferro & flamma ad ea amplectenda compelli; Sed & repugnantes vita fornicisque suis tq. Genere Humano indignos exiū posse. Sedit haec opinio animis Aulae Romanæ ejusque Asseclarum, ex quo sub Calixto II. ad summum fastigium pervenit, seu ut Otto Frisingensis loquitur, in Magnum Montem cre-*

vit



vit Lib. VII. c. XVI. Qui ideo & non dubitavit omnibus Episcopis scribere : *Sicut Dei Filius venit facere voluntatem Patris ; Sic & vos voluntatem vestre impletatis matris, quae est Ecclesia, cuius Caput, ut predictum est, Romana existit Ecclesia.* Quicquid ergo sine discretione Iustitiae contra huius Disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit. C. Non decet. Dis. XII. Qui Canon in Decreto à Gregorio XIII. reformato Calixtum l. quidem præ se fert, ut mille Annis antiquior fieret, additurque ex Epistola l. ad Benedictum Episcopum desumptus fuisse. Sed 1. Omnes ante Gregorium XIII. Editiones Juris Canon. habent simpliciter, *Calixtus Papa omnibus Episcopis.* 2. Nec Epistolæ ad Benedictum in eo mentio. 3. Epistola ipsa seu summam, seu loquendi genus attendas, nil antiquum sapit. 4. Verosimile est, hunc Benedictum eum ipsum esse cuius in prima Cardinalium Promotione sub Calixto. A. 1120. ab Onuphrio Panvinio fit mentio. Semina ejus jam à Gregorio M. iacta literis ad Gennadium Patricium & Exarchum Africa datis: *Oportet inimicis Ecclesiæ omni vivacitate mentis & corporis obviare, quantum ejus ex utroque triumpho magis & magis eniteat opinio: Cum & forensibus Bellis, adversariis Catholice Ecclesiæ pro Christiano populo vehementer obffitir, & Ecclesiastica prelia sicut Bellatores Domini dimicari &c.* Caus. 23. q. IV. c. 48. Cujus Titulus: *Ecclesiastice Religionis inimici etiam Bello sunt coercendi.* Postea affectata in Reges Summa Potestate ad *expijs* perducta: Unde illa Imperatores, Reges, totos Populos excommunicandi, ac Regnis, Ditionibus, omnibusque juribus exuendi audacia. Cujus primum tentamen à Gregorio II. in Leonem Isaurum Imperatorem Orientis ob causam Imaginum editum, *dignum*, ut autumat Baronus, posteris exemplum, ne in Ecclesiæ Christi regnare snerentur Hæretici Principes, si sapè moniti in errore persistere obstinato animo invenirentur. Tunc enim accidit, quod & Graci Historici omnes affirmant, & idem Theophanes^{ait} A. XIV. Leonis Imperatoris, ipsum Leonem ab eodem Gregorio privatum esse tributorum Italia exactione. Annal. ad A. DCCXXX. n.s. At certe non dignum posteris, primum tamen exemplum fuit exautorati Regis, ob dissensionem à Credulitate vel Praxi Romana Ecclesiæ, monente Spanhem. Hist. Imag.
867

Sect. II. §. 8. Inde in *Constantinum Copronymum*, pessimè & solum in gratiam Sedi Romanae sic vocatum, aliosve Imp. Græcos continuatum; At in Occidente per aliquot Secula adhuc intermissum, donec *Gregor. VII.* solidata jam in Reges, etiam in Temporalibus potestate Pontificia & post eum Urbanus II. idem fulmen in *Henricum IV.* Imp. ob assertam Imperiali Dignitati Investituram Episcoporum & Abbatum, *Pai* *sobalis II.* in *Henricum V.*, eandem ob causam *Innocentius IV.* in *Fridericu*m *II.* *Johannes XXI.* in *Ludovicu*m *Bavaru*m, alii in alias reges & Principes passim effunderent, inserta una semper clausa, de Coronæ, Regnorum, Ditionum privatione. Accessit terribilis *Canon Concilii Lateranensis IV.* Autore *Innocentio III.* *Excommunicamus, & anathemizamus omnem heresin extollentem se, adversus hanc sanctam Orthodoxam Catholicam fidem, quam superius exposuimus &c. & infra.* Si verò Dominus temporalis admonitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab heretica fidelitate per Metropolitanus & Comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innotetur. Et si satisfacere contempserit intra annum, significetur hoc summo Pontifici, ut ex tunc ipse Vasallos ab ejus fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam extermintis hereticis sine ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent, salvo juve Domini Principali, dummodo super hoc ipso nullum prestat obstaculum, nec aliquid impedimentum opponat, eadem nihilominus lege servata circa eos, qui non habeat Dominos principales, Succinentibus postea non exigno numero Theologis & JCtis Pontificiis laudatis à Card. Bellarmino Tr. de Poteſt. Temp. Pontif. refutatis à Barclajo, ipso Pontificio, L. c. Bellarm. Indeque Cruciatæ illæ in Albigensie de quibus antea actum, ac postea in Husitas A. MCCCCXX. & XXV. aurore *Martino V.* Papa, ac rursus MCCCCLXVI. ex Decreto Pii II. V. Theobald. Histor. Husit. P. I. f. 152. & 232. P. III. f. 94. Nec dissimilia fuere, quæ *Franciscus Soderinus* Cardinalis, Pontifici Adriano ad reprimendos Lutheri Doctrinæ in Germania progressus suggestit: Nullum Pontificem hereses Reformationibus excidisse, sed Crucianū, quas vocant, excitatis contra eas Principibus ac populis, Crucis Symbole insignitis. Meminerit *Innocentium III.* b.c. viā Albigensem in Galia Narbonensi opprimitissime; & eadem secutos Pontifices; *Valdenses*, *Pi-* *cardos*,

12

65

cardos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas & Patavinos, quorum preter nuditum nomen nihil remansit, variis in locis extinxisse. Neque defuturos in Germania Principes, qui hoc concessò à Pontifice, ut licet ipsis fautorum Lutheri territoria invadere, conditionem ultrò sint accepturi; Maximè si populi vicini Indulgeniis & peccatorum expiationibus oblatis, ad succurrendum invitentur. ap. Petr. Suav. Hisp. Conc. Trid. Lib. I. f. 19.

II.

Sed triumphum & victorianam animarum soli Deo relinquendam; Nec possibile esse hominibus, ut imponant necessitatem rebus, quarum Deus relinquuit Libertatem, cuius generis sunt Conscientia, que in Republ. esse debeant aequi liberæ ac Cogitationes, jam supra vidimus Senatum Augustum Gallia cordate asseruisse c. II. §. 15. Tanto minus ergo fas est Temporalibus Bonis aut Dignitatibus aliquem id eo exui, quod minus recte de Deo sentire alteri videatur, cum illa sicut Solis & alia Naturæ Beneficia, vitaque ipsa bonis & malis æque obveniant, Deaque Solem suum exoriri faciat super malos & bonos, & pluviam mittat super justos & injustos. Matth. V. 45. Nec sine Superbia nota aliquis alterum odisse aut fortunis suis ideo privare potest, quod à se in Religionis negotio dissentiat, cum τὸ ἀντεξεστον Intellectus & facultas judicandi omnibus & singulis hominibus adeò propria sint, ut à nemine, quoconque casu, auferri queant. Quæ sapientia & prolixe à Theologis & Politicis ac recentius à Nobiliss. Puffendorfio Jur. Fezial. Div. §. 1. exposita. Nos tantum addimus evidenterissimam hinc universo Humano Generi perniciem imminere; Si enim semel licet ob imputatum alteri errorem eum Bonis suis pellere, jam & Tertius aliquis priorem Possessorem quemcunq; Turcæ Christianos, Gentiles Turcas, ditionibus suis ejicere possunt, quod enim uni horum Orthodoxum videtur, id alteri Error est, omnibusque æque patet, opinionem suam aliis anteferre.

III.

At neminem hæ Hypotheses gravius premunt, quam ipsos Pontificios; Si enim Dissidentes ab iis ferro & flammis excidere licet, eo ipso jam hos instruunt, quid sibi adversus eos faciendum sit: Quod nos enim illi sumus, hoc illi nobis.



Veritatem illi apud sc̄e, nos apud nos esse presumimus, ut Salvianus olim in causa Vandalorum dixit. Licit igitur & illos vi armata petere sedibusque suis movere; Et quod deterius, licebit se vinculo nexuque omni solutos profiteri & superiorē Romānā fidei quandocunque libet pellere, nulla quoque justitiæ ratione, nisi quam vis major præbet, habenda. Quæ certe durissima, at hypothesibus eorum plane conformia. Ac licet ideo nemo Jus male agendi acquirat, quod alterum malè agere videat, ea tamen vis argumentorum ex hypothesi est, ut parti adversæ facultatem querendi de injuria adimat, cum quod Juris illa in alteram sibi sumfit, id in se quoq; eam experiri fas sit: Nec Gramondus ideo etiam, ut supra vidimus, queri potuit, Protestantes per calcatos Reges viam sibi ad Libertatem parare, cum ipsi Pontifices per calcatos Reges Autoritatem suam stabiliverint.

IV.

Sed & Armis CEBENNENSIMUM singulare ex hâc Hypothesi præsidium oritur; Si enim illis tanquam Dissentientibus à Sede Romana vim inferre, ferroque & Armis in eos graffari licuit, hodieque licet, iisdem quoque ferrum ferro opponere, armataque manu se defendere licuisse censendum est, nisi quis eò stultitia processerit, ut necessitatē ad maestandum se offerendi, & jugula invasoribus porrigidē ipsis incumbere vanè crediderit, cum vim vi repellere omnes Leges omniaque jura permittant, ut Alexander III. loquitur C. Si vero. 3. de Sentent. Excomm.

V.

Sed ad alias & potiores causas veniendum est; Ac supponimus quidē licet Principi simplex deberi obsequium, eoq; vim inferenti etiam in præsentissimo discrimine, seu privatus aliquis sit, seu persona publica, resistere non licere, posseque adversus superiorum injurias quidem defendere, h. intentatas averttere: Ut si quis irato & minanti Principi innocentiam suam protinet, aut si armatus in aliquem ruat, Arma imminentis quoquomodo elidere conetur, aut si in ædes irruere velit, eas obseveratas custodiat, aut si familiæ contra decus vim inferre velit, ea subducta occasionem nocendi auferat; Resistere

18

67

sistere vero, h. vim inferenti vim opponere, neutquam lice-
re, ob Divinum Principum Characterem eumque saluti Rei-
publicæ adæquatum, ac licet peccent, non eo minus inde-
lebilem. Minime omnium vero id Privato convenire, quia
effectu caritatum esset: *Quid enim unus contra eum, quem*
tot millia comitentur? Quæ cum alibi à *Dn. Preside* satis ex-
posita, *Dis. De non abuendo Nomine Principum c. II. §. I. De Jur. Sub-*
ditor. circa Sacra. IV. §. 7., alias quoque satis nota sint, pluribus
haut prosequemur.

VI.

Sed si integer aliquis *cetus* sub immani Regentis fævitia ge-
mat, nostrum omnino facimus, quod *Grotius* docet: *Non*
posse indiscriminatim damnari aut singulos aut partem populi, que ultimi-
mo necessitatibus præsidio sic olim usasit, ut interim & communis boni re-
spectum non deserat: Idque allegato *Davidis* exemplo, qui arma-
tos circum se primò CCCC. deinde plures habuit, non urbes
invadendi, aut pugnarum occasiones captandi animo, sed u-
nicè ad vim arcendam, si inferretur; Et *Maccabœorum*, qui in lo-
ca devia quærendæ securitati cum secessissent, ac nihilominus
ultrò oppugnarentur, tandem Arma expedivere. *J. B. L. I. c. IV.*
§. VII. n. 4. Nos rationes naturales addimus (1.) quia Regens
talis censetur animum regendi ejusmodi Populum abjecisse;
Adeoq; (2.) Populus ille ad Statum primævum suum rediisse,
suique juris redditus esse. Indeque & (3.) suo jure uti & hosti-
liter se prosequentes repellere posse. *CEBENNENSESQUE* pro-
inde etiam *Thesi* hâc ad Hypothesin translata dicentur *Arme*
suis hæc tenus eodem jure usi fuisse tanquam (1.) extremo neces-
sitatis præsidio, ne fugax quidem facultate ipsis relicta; Et qui-
dem (2.) desertos à Rege suo: Eoque (3.) Primævo statui suo
redditos. (4.) Nec tamen ideò communis Boni in Regno Gallia
respectu prorsus abjecto; Idq; (5.) Exemplo Maccabœorum,

VII.

At dubitat *Grotius*: *An quod Davidi & Maccabœis licuit, Chri-*
stianis quoq; licet? Cum Christus Crucem toties subire jubens
exactiorem patientiam videatur requirere, Christiani veteres
I 3 quoque



quoque licet maxima eorum multitudine esset, nunquam se
Armis tutati sint, eorumque maximam patientia Religio Christi-
ana invaluerit. *J. B. L. I. m. vi. n. 8. g. sq. R.* Autumamus omnino
licere, cum præcepta utriusque Testamenti eadem sint, nec
natura, aut gradu, sed claritate tantum divertant, rationes
quoque se defendendi universales existant, nullo tempore cir-
cumscriptæ; Et, ut ipse Grotius scribit. *I. II. VII. n. 17. Arma, que*
injuriam arcent, natura laudabilia, & ad Iustitiae ac Beneficentie virtutem
referuntur: Quæ autem natura & bene moratarum Gentium
Consensu justa censentur, Christi Lex adeò non sustulit, ut
sub generali præcepto omnes honesti ac virtutis rationes com-
prehenderit. Phil. IV. 8. 1. Cor. XI. 13. 14. Christi exemplum,
quod attinet, id ex sublimiori venit proposito, quod ideo &
tanquam singulare & cui vix quicquam reperiatur simile præ-
dicat Paulus *Rom. V. 7.* Et Christiani Veteres quamcunque
præclarè agendi occasionem arripuere, sed necessitatem fe-
quendi nemini imposuere; Eoque nec statim quis peccare
dicendus est, qui patientiam hanc ad ferendam vim in-
justam non extendit; Alias nulla facultas injuriis resistendi
Christianis reliqua esset, Deumq; unquam patientiam talem
à nobis exigere voluisse verosimile non est. Totum certe,
Caput II. Grotianum & prior Pars C. III. CEBENNENSES ab hac
objectione liberat.

III.

Remaneré tamen adhuc videtur dubium: *An, quamvis fac-*
ultas arcendi injuriam licita sit, eam tamen adversus injurias Superiorum
vel eorum, qui Superiorum nomine mittuntur, exercere Christianis
liceat? Cum Veterum Christianorum maxima multitudine fue-
rit, & tamen illi nunquam causam suam Armis defendisse le-
gantur. Resp. Suppositis ex §. VI. circumstantiis omnino lice-
re. Quia causa non unius alterius privati, sed totius populi agitur, qui an unquam Superioris Imperio se cum hoc
onere submittere voluerit, ut mori mallet, quam ulla cau-
sim apertam ejus Armis arcere, maxime dubium, nec Intel-
lectui humano conveniens est, cum nemo interitus, sed fa-
lutis sux causa Imperium alterius subeat: Nisi forte cum
hoc additamento, ut Grotius iterum loquitur, si resisti nequeat,

nig

12

• (69) •

visi cum maxima Reip. perturbatione aut exilio plurimorum innocentium, cit. I. B. 7. IV. VII. 3. At CEBENNENSES verum hostilem animum Superiorum suorum per tot annos in exitium suum pertulere, nullusve è contrario ex causa ipsorum metus perturbationis in Gallia, cum per discrepantem eorum à Pontificia Credulitate opinionem, Regno per se nihil decedat, per consentientem nihil accedat, Status publici quoque nihil intersit, qua ratione illi ad salutem æternam tendere instituant, dum aliás ad debita officia Regi paratos se exhibent. Principem uniu. in Populi gratiam alterum perdere posse, nimis dura & in ruinam Humani Generis tendens opinio est, quæ si semel invaluerit, jam alium quoque ac rursus alium populum feriet, pascendi quidem oculos causa, ut Caligulam & Vitellium subinde dixisse legimus, & voto istius, O una Cervix parem, sed cum Desolatione totius Orbis & injuria in Creatorem conjuncta.

IX.

Sed enim Christianorum maxima multitudo fuit, & tamen patientia potius, quam Armis jus suum prosecuti fuere. Resp. Fuisse omnino, sed Multitudinem dispersam, non uno loco consociatam, quo sensu quoque accipimus, quod alii viri docti antehac scripserunt, Christianis non animum, sed vires defuisse. Alia ratio populorum Confociatione Juris & Imperii junctorum: Qui si etiam alii populo accedant eoque pars majoris alicujus Imperii reddantur, non ideo tamen Naturam veterem profus exuunt, sed eam veluti teckam retinent, sicut Lumen maius minus tollere quidem dicitur, sed revera non tollit, sed tegit, cum majori remoto, minus vires suas æque exerat, ac si nunquam à majori teckum fuisset. Ideo & Jura sua peculiaria talibus populis relinqui, singularibusque Præfectis, licet sub Regia Autoritate gubernari videamus; Et si Regnum ejusmodi dissolveretur, sine dubio ipsorum jura omnia reviviscerent, ac si nunquam ampliori alicui potestati obnoxii fuissent. Sic Maritus & Uxor unum Corpus Morale constituent & in mutuam participationem jurium consenserunt, & tamen in casibus Mortis aut Divortiorum, ad priora jura sua quisque reddit. Christiani ipsi certe post stabilitatem in Imp. Rom. Religionem Christianam Bella pro Defensione Christianorum in

70

Perfia gesserunt, quanto magis ergo gesturi fuissent, si Religioni causa se peti sensissent.

X.

At constat *Parendi Gloriam & Obedientiam Passivam* Subditis tantum relinquiri, non agendi Facultatem. Resp. Obedientiam Passivam semper Parallelam esse Absoluta Principum Potestati, adeoque ad ea tantum extendi, quæ Jure Imperii comprehenduntur, non ad ea quæ Juri Divino ac Naturæ ipsique Imperio ejus adversa sunt: Unde nec à CEBENNENSIBUS magis poterit exigi, quam à Virgine, si à Superiori ad inhonesta sollicitetur; Et Princeps si talia jubeat, in partem Reipubl. non suam involat.

XI.

Interim quali & quantocunque Jure Populus aliquis existium suum avertat, semper tamen Personæ Principis parendum, ob specialem, Divinoque Charactere munitam ejus eminentiam. *Quis insens erit, qui manus Regi injicit* 1. Sam. XXVI. 9. Quo sensu etiam non Regibus sed Ministris culpam imputari horumque injurias arceri dici solet. V. supr. c. II. §. XII. f. 40. Ob singularem illam & inseparabiliter Regibus ipsis inhærentem venerationem. *Inst. Unam causam esse Regi & Ministris Regni, neq. subdivorum esse curiosus inquirere, quo aut ex quibus causis Rex Consilii sui participes facit.* Vid. Gram. Libr. VII. f. 368. Quod in ordinariis negotiis Principum verum est, cum illi Principales Causæ, Ministri horum Instrumenta sint, in Causa tamen de qua agimus, omnino alia est Principis & alia Ministrorum ratio, quos licet Injustitia causæ conjugat, qualitates tamen ipsis adhærentes disjungunt: Principem sublimis Charakter suus sanctum & inviolabilem præstat; At huius instrumenta quidem, sed tamen Activa Injustitiae, adeoque non alieno tantum, sed peccato proprio simul peccant eoque nomine, culpa rei fiunt. Unde etiam si impediantur, non magis in Principem peccatur, quam si ebrio aut irato Arma eripiantur, cuius personæ quidem parcitur, attamen nocendi facultas una ei admittitur.

XII.

Sed si etiam sine omni culpa non essent, minor tamen ea



ea foret & extrema necessitatibus sub Clypeo excusabilis, quæ si
alias Leges frangit h. effectus earum pro tempore suspendit,
his afflictis quoque præsidio erit & Ius saltim imperfectum ac
semiplenum iis relinquet : Tetigit hæc olim Paulus Foxius, Vir
Pacis & salutis Publicæ in Regno Gallæ amantissimus in Se-
natū Augusto coram Henrico III., cum prima Consilia de il-
lius temporis Protestantium Statu agitarentur : *Nemo eorum,*
dixit, qui per tot annos ac tories resumis armis rebellarunt, non legi-
timo Magistratui parendum fatetur, aut pendendum tributum negat;
Idque omnes agnoscunt & inter fidei sua Articulos hoc præcipuum Caput
est; Sed in modo & ratione obsequii prestanti pernicioſſimè erratur,
dum plerique conscientias suas illaqueari non ferentes sumiā inde liber-
tate ad licentiam abutuntur. Tamen ignoscendum iis nec gravius suc-
cendendum censuerim, quippe qui morbo animi, vanis ſuspicionibus & er-
roribus astutantis potius laborare, quam, destinato confilio peccare de-
prehenduntur. Finge tibi aut alicui ex tuis, duos filios esse odii diſſi-
dentes, an boni ac prudentis parentis officium ducas eos portius inter se
committere, ut ad internectionem depugnet, quam vias omnes inter ipſos
conciliacionis inire, ut amico in posterum vivant : Protestantes nihil
ab initio petiſſe, quam ut conscientiarum libertati propſiceretur &c. ap-
Thuan. Lib. LIX. f. 23. 24. Plura hue pertinentia ex verbis ejus
jam allegata ſupr. C. II. S. XII. Sed non auditus fuit vir æquiflui-
mus, nec nunc audiuntur mitia Consilia,
Tollitur è medio sapientia, vi geritur res.

XIII.

Nec expedit Principibus, quantumvis potentissimis in to-
tos cœtus, utut rationibus suis non semper addictos durius
consulere, quia communibus se odii exponunt. Quomodo
postquam Philippus Macedonia Rex omnem ferè multitudinem
equitum ex maritimis Civitatibus cùm familiis suis in Emathiam
traduxisset, Thracibusque & aliis Barbaris urbes tradidisset ha-
bitandas, fidiora hæc genera hominum ratus in Romano Bel-
lo, ingentem, dicente Livio, ea res fremitum in tota Macedonia
fecit, relinquentesque Penates suos cum conjugibus ac Liberis pauci ta-
citum dolorem continebant : execrationesque in agminibus proficien-
tum in Regem, vincente odio metum, exaudiębantur. Lib. XL. c. III.
Cumq[ue] hanc Crudelitatem clade Herodici Theſſalorum Principis
ſedio-

fediorem fecisset, hujus atrocitas facinoris, inquit porro Livius, nobam felut flam-
mam Regis misericordie adjectit, ut fulgo ipsum liberosque ejus execrarentur, que di-
re brevi ab omnibus Diis exaudire, ut sciret in suum sanguinem, efficerent. Ib.
Cap. V.(2.) Statum eorum in incerto collocat, Quam in rem egregium exem-
plum est ap eund. Lib. in negotio Pribernatum, ubi Consul paucis eorum è
medio sublati: Quid placet de innoxia multitudine fieri? Evidem et si meae
partes exquirenda magis sententia quam dande sunt: Tamen cum videam Pri-
bernates vicinos Sannitibus esse, unde nunc nobis incertissima pax est, quam
minimum iarum inter nos illosque relinqui velim. Cumque ipsa per se res
aneps esset, tum incertiora omnia unus ex Pribernatibus Legatis fecit, magis
conditionis, in qua natus esset, quam presentis necessitatis memor; à quodam
trifloris sententiae auctore, quam pœnam meritos Pribernates censere
rogatus: can, inquit, quam merentur, qui se Libertate dignos censem, Cuius can
froci responso infidiores factos sideret Consul eos, qui ante Pribernatum causam
impugnabant, Ut ipse benigna interrogatione mittus responsum eliceret: Quid si
pœnam, inquit remittimus vobis, qualem Nos pacem vobiscum habituimus spe-
remus? Si bonam dederitis respondet, & fidam & perpetuam; si malam, haut
diuturnam. Tum vero minari nec id ambigue, Pribernatem quidam, illis vocibus
ad rebellandum irritari pacatos populos, Pars melior Senatus. ad meliora
responſa trahere & dicere: At credi posset ullum populum, aut hominem deni-
que, in ea conditione, cuius eum pœnitentiam diutius quam necesse sit mansurum?
Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sunt: Neque eo loco ubi servitutem
esse velint, fidem sperandam esse. Libr. IIX, Cap. XXI. Cuncta per se clarent, nec
ulla in applicatione difficultas.

XIV.

Interim nec dubitamus Vivis hisce Martyribus felicem exitum cause sue,
quandoenque tandem Domini Hora venire, promittere. Is sepe in humanis
negociis debiliori parti contra potenterios favit, ut Foxium paulo ante locutum
vidimus, quanto magis id in causa sua sibi propria effecturus, quo suo tem-
pore confiter, quod Seculo penultimo A. M. DLXIX. à Parte Adversa in Gal-
lia auctore Castilioneo agnitus: Nihil metu, exiliis, multis, suppliciis contra
Majoris ipsorum profectum, sed contra damno ac morte ipsa crebriter ac fides no-
bas sumisse: Expedireque proinde, ut Pax constitueretur, que aquabili jure
cunctos nullo Religionis discrimine contineat ap. Thuan. L. XL. f. 84. Eadem fa-
ducia Veteres Christiani in medio persecutionum suarum si palam objecerunt
Gentilibus, quorum verba videnda ap. Grot. Lib. I. c. IV. §. VII. n. 9. Nec
sperato eventu suo frustrati fuere. Intermedios actus Injurias Temporum voca-
bimus Divina Providentia relinquendas, que fidei Parentis infor filios triflori
disciplina continet, bernularum alit audaciam. Neque abs re fuerit eximiit
Basilicensium Theologi Grynei Theorema ad praesentia tempora transferre, quod
de suis ille effatus fuit. Theor. Theol. II. f. 57. Et ipos homines & res ho-
minum nunc quoque in tantis confusonibus Generis Humani recte habere: Pro-
videntia Divina cuncta in majus Bonum Humani Generis, licet haec tenus
nobis ignotum dirigente, cui Honos, Laus & Gloria

in Eternum.

F I N I S.

12



Menn anders eine Gans / noch darff ben
Schwanen schreyn /
So kommt auch dieses Blat zu den Gelehr-
ten Schrifften ;
Ich wil in deiner Gunst mir noch ein Denckmahl
stiften :
Drum wird hier / **W**ehrter **F**reund/zulezt mein
Name seyn.

D. **V.** **G**ans **E**dler **H**err
zu **P**uflis/**v.**

So kan kein freyer Geist bloß an der Erden
fleben /
Und ein gebundner Knecht der finstern Näch-
te seyn ;
Kein außgewecktes Herz kan im Verborgnen le-
ben ;
Man schrengt die Klugheit nicht in enge
Circkel ein :

X

Dein

Dein mehr als seltner Fleiß läßt sich jetzt gleichfalls
blicken;

Du fängst/ Hochwehrter Freund/vom Recht
der Waffen an/

Du zeigst / wie Dint und Blut beyammen sie-
hen kan/

Wie Gegenwehr und Treu sich mit einander schicken.
Ich darf nicht weiter gehn/ weil mich das en-

ge Blat/
Die alzu kurze Zeit und dein Befehl heist schliessen;
Man wird nach deinem Tod aus klugen Schriften
wissen,

Das Beckmanns fluger Geist in dir gewoh-
net hat.

S. F. Freyherr von Kottulinsky.

F Rangit & attollit vires si in milite
causa,

Et nisi justa subest, excutit arma pu-
dor,

Esse Sevennenles persuasos prorsus o-
portet

Ac certos causæ de bonitate suæ;
Euro-

Europam quorum stupefecit Martia
Virtus,

Et retudit telis Regia tela suis.
Tu verè sentire illos , Doctissime
PLARRI,

Proque bona causa belligerare doces,
Et defendantes lese feliciter armis
Defendis penna voce simulque tua;
Utque illi pariuut famam pugnando
perennem,
Scribendo paritur sic quoque fama
Tibi.

Gratulor ingenii specimen danti atque
laboris

Quem multum in Studiis Te posuisse
liquet:

Utque Sevennenles optas pugnando
salutem

Voti damnatos obtinuisse fui :
Sic veneror Summum sincero pectore
Numen,

Ut voti fias compos & ipse tui,
Atque

Atque tui Studii meritus quæ præmia
pridem es,
Summo, quamprimum, Numine dàn-
te, feras !

*Ita Nobilissimo Domino PLARREN publicum Eruditionis
Specimen edendi gratulari voluit*

Barth. ~~Holzhus~~ D. Prof. Theol.
Ord. ac Fac. Theol. h. t. Decanus.

Arma Sevennenses quantumvis *juxta* capessant,
Illa tamen Rhodani mox præcipitabit in undas
Longa manus Regis, quæ totum commovet orbem
Audactorque Tagum, Rhenumque, Padumq; cruentat.
Sed licet illa cadant, & debilitata domentur,
Non tamen exitio dabitur Tua pagina, PLARRI,
Nec timet exilium, nec ferrum ignemque tyranni,
Sed procul à bellis ac cædibus *arma* recenset
Justa Sevennensis populi turmasque feroceſ
In mortem patria pro relligione ruentef
O utinam pugnax *Cavalier* fortisque *Rolandus*
In castris adeo felici Marte fruantur,
Ut Tuus in cathedra Tecum vietricibus armis
Utitur indomitus Præſes, statuitque trophæa,
Quæ neque tempus edax, neque barbarus eruet hostis.

*Erudissimo Respondenti, diligentissimoq; Auditori suo
ita gratulatur*

Michaël Rhode, J.U.D.&P.P. Ord.

Tz

U machst der weisen Welt durch deine Schrift
bekandt
DWas du vor Wissenschaft in Frankfurth
eingesogen /
Und wie dasjenige dein muntrer Sinn erwogen
Was keiner hie versucht von der Sevenner Land.
Die Themis wincket dir mit ihrer zarten Hand
Die Freundschaft welche du bisher mit ihr gepflogen
Die Liebe welche dich zu ihrer Brust gezogen
Umkränzt dich heute nun mit Gold und Diamant.
Dis ist der schöne Lohn der grauen Ewigkeiten
Da unverdrossner Fleiß allein die Bahne bricht
Und der erhieste Muth nur ist dahin gericht
Ein immerwährend Lob durch Mühe zu ersteiten :
Denn Schönheit des Gemüths ist Blum-
Werck das stets blühet
Ein Phœnix welchen man nicht untergehen
siehet.

Samuel Schmettach /
Berol.

Ir reisen beyderseits von hier /
Du ziehest von mir / und ich von dir /

(3)

Doch

Doch bleibet unser Herz zusammen.
Ich sehne mich nach Krieg und Feld
Da dir Gelehrt seyn wohlgefällt/

Wer wolte unsern Lauff verdañen.
Doch unser festes Freundschafts Hand
Verpflichtet meine treue Hand/
Dir noch zuvor ein Wort zu schreiben/
Dis aber soll nur dieses seyn:
Schließ mich in dein Gedächtniß ein/
Ich werde stets dein Diener bleiben)

W. B. de Selcho,
Eq. March.

Sevenne schüzt sein Recht durch tapfermuth-
ges Kriegen/
Du thust es ebenfals durch dein gelehrtes
Beweisest durch die Kunst / was jenes durch sein
Siegen /
Das solche Gegenwehr Gott selbst gebilligt hat.
An jenem rühmet man/ daß es durch wenige kriegt
An dir/ daß du/ mein Freund/ durch dich allein gesieget.

G. F. Wedigen ,
Berol.

12.

ERgo Calliopem decet
Metris Lesbaci dicere Carminis
Dicatum Themidi Diem,
In quo PLARRIADES differit optime.
Applaudit Charitum Chorus
Parnassique Deæ per nitidas Poli
Arces hoc studium ferunt.
Et si Pieridum Carminibus licet
Deduictum Cytharæ melos
Devotique preces jungere pectoris
Quævis fausta precor TIBI
Mi PLARRI, Patriis & Laribus Tuis.

Georg. Ern. de Franckenberg,
Eq. Siles.

Ezt aussert sich/ Mein Freund/ dein unverdroß-
ner Fleiß/
Und weist der flugen Welt des Edlen Geistes
Gaben/

Die Dich vor langer Zeit berühmt gemachet haben/
Und welche man an Dir nur zu bewundern weiß/
Fahr fort! und zeige bald/ durch mehr gelehrte
Schriften/
Wie Du ohn' fremden Ruhm / Dir kanst ein
Denkmahl stiftten.

Maximilian Ferdinand de
Gaffron, Eq. Siles.

Andre dir mein Freund / so viele
Wünsche schreiben /
So will ich nicht allein daben zurücke
bleiben /
Ein jeder rühmt an dir den tugendhafften
Sinn
Und weil ich es zu thun mit nichten fähig
bin.
So soll mein Zwey nicht seyn dich und ihn zu
erheben /
Ich will dis wenige nur dir auf den Weg mit-
geben:
Nimm an von deinem Freund dis wohl-
gesinnte Wort:
Gieb mich / und lebe wohl an einem je-
den Ort.

F. W. de Wangenheim,
Eq. March.

E R R A T A :

Fol. 64. aurore lege autore
F. 66, §. V, lin. 2. lieet dele;

12

COROLLARIA.

I.
REx de facto solum non est Rex.

II.
Microcosmi cum Macrocosmo comparatio Gentilium Philosophorum inventum est, stylo S. Scripturae prorsus incongruum.

III.
Carolus M. de alieno liberalis in Bellis Justitiam non magnopere attendit.

IV.
Justitia causae in Bello transire potest in hostem.

V.
Jus Armorum per se ad Imperium non sufficit.

VI.
Papam Sponsum Ecclesiae esse, sine blasphemia dici non potest.

VII.
Latronum nulla est societas.

VIII.
Dignitates ab extraneo Principe oblatas

latas sine sui Principis Consentia recipere
Subditus non potest.

IX.

In Furiosos ob crimina in ipso furore
perpetrata capit is tamen supplicium de-
cerni potest.

X.

Aliud est esse superiorem Bello, aliud
prælio.

XI.

Rex ob furem deponi non potest.

XII.

Corona semel suscepta omnes defe-
ctus (internos nim. Juris) non tollit.

XIII.

Imperium per se ad imperium non

XIV.

Praesens Spontem Imperium non tollit.

XV.


Personam nullius est Imperio.

XVI.

Imperio ex parte Imperio est.

XVII.

Imperio ex parte Imperio est.



ULB Halle
002 061 325

3



sb

v218

B.I.G.



1704, 11

J. N. D. E. D. N. I. C.
DISSE~~R~~TATIO
DE
**JUSTITIA ARMORUM
CEBENNENSIVM,**
QUAM
IN ALMA VIADRINA
*RECTOR& MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP& AC DOMINO,
DOMINO*
CAROLO FRIDERICO,
*DUCE WURTEMBERGIAE, TECCIÆ,
ET IN SILESIA OELSNÆ, COMITE MONTISBELGAR-
DI, DYNASTA HEIDENHEMII, STERNBER-
GÆ ET MEDZIBORÆ*
ETC. ETC.
P R A E S I D E
JOH. CHRISTOPH. BECMANO,
*SS. THEOL. D. ET P. P. O. UNIVERS. ET FACUL-
TATIS SUÆ SENIORE*
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMISIT
ERNESTUS MARTINUS PLARRE,
BEROLINENSIS.
A. ET R.
AD D. IX. JULII M DCC IV. Hora IX. Matutina.
FRANCOF. ad VIADRUM, Typis TOBIÆ SCHWARTZII.